meū. Jdē esset si vxore mortua aut simul ingrediente religionē ēt ea profitear/ergo similiter post passionem licuit iudeo ignorare esse aut etiā fuisse legē de circūcidēdo octauo die:ex quo nō erat pro tūc eius qō illo tēpore scire tenebaf. Et sic potuit singula sua agibilia prudētissime absq; quacūq; temeritate agere non ꝓstito sibi de legis circūcidendi reuocatione aut aliorum ceremonialiū quam fortasse nunq; nouit aut tunc nō recolit:q̄ ante passionem Christi talis ignorātia fuit aut ad min⁹ fuisset in eo culpabilis. Nec potuisset tunc legalia sine temeritate omisisse ex quo laborasset ignorātia vincibili ei⁹ quod scire tenebatur. Et idē iudiciū est de eo qui iudicat per errorē se ad aliquid teneri pro tēpore a. interea aduenīente tēpore a. nō recolit illius conscientie q̄uis etiam nō habeat oppositum iudicium q̄ hoc sibi liceat omittere:licite ergo omittit. Jam enim liberatus est ab errore per contradictorium licet non per contrarium:z ratione illius solū ligabatur illud non omittere:seu non contrafacere. Jdē est in proposito de lege prius ligāte z post nō. ¶ Addo tū q̄ iudeus recolens legem circuncidēdi fuisse:nisi per actum positiuum iam credat legē nō teneri: non potuit licite circuncisionem omittere quia illo casu aut crederet eā adhuc currere aut ad minus dubitaret:z sic in discrimen se committeret: z hoc modo potest seruari dictū Capriolī restringēdo ipsum ad illū casum tantum. Et idem dico si recolat qui se prius iudicasse q̄ tenebatur aliquid facere in certo tempore.z̄t. ¶ Ex hoc patet ad argumentū primum doctoris subtilis: q̄ z si reuocatio non sit alicui intimata:habet nihilomin⁹ post reuocationem aliter se ad legem q̄ prius:quia iam licet ei ignorare z non recolere/z non prius. ¶ Ad illud de temere credente reuocationem legis dico:q̄ liberat⁹ est post legis reuocationē ab omni obligatiōe legis:quemadmoduz si temere crederet veterem legem a deo institutam iamcurrere:ligaretur etiā ipsa lege:z contraueniens non solum contra conscientiam verumetiam contra legem cōmitteret offensā licet peccaret ratiōe temeritatis:supple temere credens reuocationē legis:tamen non peccaret cōtra legem reuocatam nisi sit solū temeritas ex parte eorum que extrinsecus concurrunt ad actum credē di vt contigit in electis dei z sibi per charitatē vnitis qui a deo veh̄untur in suos act⁹ absq; omni temeritate imprudentie z leuitatis cordis. Talibus enim vt dicit philosoph⁹ in libro de bona fortuna:nō expedit consiliari:quia dirigūtur a meliori principio q̄ est intellectus aut ꝓsiliū. Hinc prime ad Corinthiū. Charitas omnia credit. Et Augusti. Dilige z fac quod vis. Et prima canonica Joannis. ij. ca. Unctio supple charitatis ac gratie: quam accepistis a deo maneat in vobis z nō habetis necesse vt aliquis docear vos:sicut vnctio docet vos z verū est de omnibus. Sed propter humanā coniecturā ex sufficienti exteriori causa credere est leuitatis. Ecclesi. xix. Qui credit cito leuis est corde. Et prouer. xiiij. vbi nostra translatio habet. Jnnocens credit omni verbo:in Hebreo vt dicit Lyra habetur. Solidus credit omni verbo:z ita innocens capitur pro defectu sensus.

Ad secundum argumentū doctoris subtilis dico:q̄ circuncisio per mortem Christi amisit vim curādi seu medēdi sicut z obligādi:sicut prius dixi. Et hic addo q̄ lex positiua de rebus obligat eum cui nō est promulgata si causam dedit quomin⁹ potuit aut debuit sibi publicari. Jurta illud Matt. x. Qui non receperit vos. ꝛc. exeuntes de ciuitate illa excutite. z̄t. Amen dico vobis tolerabilius erit terre. z̄t. Unde Augusti. z ponitur. xxxvij distinctiōe capitulo finali. Jlle ignorans potest excusari a peccato:qui quod disceret nō inuenit: illis autem hoc ignoscī nō poterit:qui habētes a quo discerent operam non dederunt. ¶ Ad tertium cuius vis in hoc sistere videtur:iudeus vsq; ad temp⁹ promulgationis tenebatur circuncidere paruulū suum credendo per hoc ipsum reponi in statu salutis: sed deus nullum decipit vel obligat ad errorē:ergo totum erat verum. z̄t. Dico q̄ nullus obligatur de p se z ex solo dei precepto credere aliquid falsum: sed de per accidens z ex aliquo adiuncto bene tenetur. Verbi gratia. Nullus tenetur credere de hostia nō consecrata q̄ sit ꝓsecrata tñ si credat sacerdotem cū intentione consecrandi formam protulisse supra debitam materiam: tenetur credere eam esse consecratam. Unde simili argumento probaretur q̄ Christ⁹ post partum Marie non erat incarnatus vel genitus:z hoc sic. Judeus ante promulgationem sibi factam:q̄ Christus venit in carnem:tenebatur credere Christum incarnandum esse:ex quo non constitit de illius implemone:z deus non obligat aliquē ad errorem:ergo post partuz Marie Christus nōdum erat natus:sed sicut hic per accidēs ad hoc tenebatur propter ignorantiam impletionis:ita similiter in proposito adhoc obligatur propter ignorātiam reuocationis z inutilitatis:dū tamen cū hoc recolit legis. ꝛc. vt prius.

Ad quar tum videtur dicere dominus Capriolus q̄ illud certum remedium nō erat tunc circuncisio: sed fides parentum vel potius obedientia secundū falsam fidem:allegat pro illo beatum Thomam secunda secunde:questiōe prima:articulo tertio in solutiōe ad tertium de virtutibus appetitiue partis quomodo possunt esse false:z tertia parte questiōe septima: articulo vltimo ad secundū:q̄ fides Christi venturi iustificabat post circuncisionem sicut z ante:sed ante nō requirebatur huiusmodi signū protestatiuum fidei. ¶ Alij dicunt illam obedientiam certum remedium nō fuisse:z si enim fuit opus moraliter bonum z meritorium si fuerit ab habēte charitatem illicitum non tamen potuit ex se quasi op⁹ operatum alium iustificare: ex quo non erat sacramentum. Tum etiam quia dicit magister q̄ nec consimilis obedientia saluat paruulum Christi fidelium. distinctione. liij. vbi sic dicit. Nec tantum valet alienа fides paruulis q̄tum propria adultis:paruulis enim non sufficit fides ecclesie sine sacramento: qui si sine baptismo fuerint defuncti etiam cum deferūtur ad baptismum damnabūtur:sicut multis factorum testimonijs approbatur: p quo ibi allegat Augusti. inde fide ad Petrum. Nec videtur eis quin simili obedientia falsa fidei saluarētur adhuc hodie multi Judei simplices ad quos forte nunq; peruenit notitia fidei Christiane z obedientes facti adulti quod per parentes forte omissum est obediēter se circuncidi faciūt z decedūt aut paruulos suos circuncidunt. ¶ Jdeo aliter z faciliter euacuant difficultatem argumenti:q̄ licet genus humanū nunq; fuit relictum sine certo remedio salutis z de quo constat q̄ erat tale:non tamen oportet q̄ omni particulari homini hoc faciat aut fecerit:patet instantia de paruulis infidelium:de fatuis:amentibus:z de plurimis infidelium huius tēporis quibus lex nouа nunq; fuit saltē authētice promulgata. Jtem videtur de multis gentilib⁹ añ z post tēpora Abrahe:quale legis inconueniēs est hoc admittere de quibusdam iudeor. ¶ Ad argumentū in initio questionis factum dico breuiter q̄ veritatē habuit p statu ante legem nouā puta Christi per quā omnia iudicialia z cerimonialia legis precepta extincta euacuata z mortifera facta sunt. Pro materia aūt argumēti animaduerte q̄ pactū illud ꝓpter cuius irritationē dicit ex. maiculū debere deleri de populo non est ipsū preceptum circuncidendi ibi datum Abrahe in fedus sempiternū:paruul⁹ enim tūc decedens sine circūcisione ex hoc nullius culpe tenebatur obnoxius:sed loquitur de pacto ꝓcepti ad Adā in cuius inobediētia omnes peccauerūt. Ad Ro. v Unde Jsidorus. ¶ Queritur quomodo pueri incircunciſi qui pactum dei irritū non faciunt: sed qui eos circūcidere neglexerunt perire debeāt: sed pactum dei non scōm opus sed iccundum originem in primo homine irritū fecerunt:in quo omnes peccauerūt:nascūtur enim omnes non propzie sed originaliter peccatores:ideo pereūt oēs qui p regenerationem non liberantur. z hic est ꝓmunis intellect⁹ sanctorū. Alijs videtur ibi loqui ad literā de morte corporali z solū de negligentibus sumere vel dare circūcisionē. Mouentur aūt hac ratione: q̄ anima paruuli obligata originali:z in eo decedens nō erat pro delenda de populo suo quo ad statum spiritualem charitatis ex quo illā nunq; habuit:z deleri presupponit prefuisse aut esse in illo vnde delef: z sic etiam non debuit deleri de libro vite secundū presentem iustitiā ex quo illi inscript⁹ nō erat. Tū secundo quia videtur loqui de irritatione pacti circūcisionis dicit enim sic. Eritq; pactū meū in carne vestra in fedus sempiternum. Masculus cui⁹ prepucij caro circūcisa nō fuerit delebitur anima illa de populo suo:q̄ pactū meū irritum fecit. Hū. xvij c. z sequitur immediate:quia pactum meū irritū fecit:z huius opinionis videtur fuisse Lyra vt ptz ibidem. Sed quicūq; ponatur sensus literalis:hoc habet fides sancte matris ecclesie q̄ masculus nisi circūcisiōe aut alio remedio fidei parentū liberat⁹ fuerit:debuit eterne mortiaddici ꝓpter reatū originalis peccati. ¶ Et si dicatur preceptum circunciden di nusq; legitur reuocatū:nec legitur circū cisio in aliquo passu sacre scripture phibita. ¶ Respondeo ad primum q̄ Christus sua morte reuocauit ipm,z simul omnia precepta legis veteris iudicialia z cerimonialia:z eadem benedictissima morte nouum confirmauit testamentū:vt vult Apostō. ad Hebre. ix. ¶ De scō de prohibitione dicit doctor subtilis z post ipsum Capreolus:non legitur quando vniuersalis phibitio tam iudeis q̄ gētib⁹ facta est:sed deus per apostolos suos z eorū successores determinato tēpore phibuit legalia simpliciter seruare licet de hoc nō habeak scriptura:q̄ hystoria scripture nō dak vel nō durat vsq; ad illud tēpus:hoc aūt est probabile quia ecclesia nūc tenet q̄ hereſis est dicere legalia nūc currere cū lege euangelica:vt habetur extra de baptis. z eius effec. c. Datores. vbi dicit absit vt in illā damnatā heresim incidamus que perperam affirmabat legem cum euangelio z circūcisionem cum baptismo esse seruandam. Sed isti lōge aberrant etiā a sentētia. Augu. quā defendendā

suscipiunt. Nam Augusti. solum pretendit ex causa licuisse post passionē Christi ad tēp⁹ seruare legalia:vltra vero nequaq; vllo mō licere: nec simulate nec vere vt pri⁹ visū est. Tum etiā ptz ex incōsideratio:q̄ det crminatio ecclesie quā allegāt nō fundat se in aliquo precepto diuino de quo nō constat: sed in verbo Apost. ad Gal. v. Additur enī post verba allegata:q̄ ēm Apost. ad Gal. Si circūcidimini Christ⁹ nihil vobis ꝓdest:quē passum vt Augusti. exponit intellexit Apostol⁹ cū ꝓfidentia legis:quasi ab illa:vel nō sine illa esset salus:quō ergo ex illo verbo ecclesie ꝓcluditur aliqua specialis phibitio positiua facta a deo:si tēpore quo Paulus hoc scripsit nondū erat phibitio illa facta vt scriptis fuis fatek:z hoc verbū seruandā in dicto ecclesie videt dicere necessitatē seruādi:quō Cherinthus z Ebiō intellexerūt legalia esse seruāda. ¶ Dico igitur aliter q̄ post passionem Christi nō sūt noua phibitione phibita:sed post mortē Christi effecta sunt vt cadant sub phibitione antiqua legis nature: scz non protestandi falsā fidē:ex quo enim erāt signa Christi venturi z passuri:post passionē eius facta sunt signa falsa:z sic talia quib⁹ vt nō possumus vt cerimonijs legis nisi ꝓtestando fidē falsā. Sicut prius licuit asserere hāc. Messias nascet:iā nō licet nō q̄ noua phibitio facta sit:sed q̄ signū est iā tale factū puta falsū:z ergo eo vti assertiue non licet ad sensū quē scriptura per ipsum significabat. Et intelligo illud nisi ignorantia nō culpabili adhuc ignoret illa legalia vt huiusmodi esse signa Christi venturi: quō aliquo tēpore post passionē erat de apostolis:z forte adhuc hodie accidit multis catechuminis iudeor aut etiā alijs:z tunc enim nō protestank sciēter falsum in fide nec ex culpabili ignorantia.

Secūdus articulus est:an sacramentū eucharistie sit paruulo necessariū ad salutē Respōdeo breuiter q̄ nō:q̄ paruulus sol⁹ originalis pcti tenek obnoxi⁹:cū igit id deleak in eo per baptisma nihil preter baptisma est sibi ꝓpsi necessariū ad salutē. Et ad argumentum ex verbo saluatoris Joā. vj. Nisi māducaueritis z̄t. dico q̄ hoc intelligitur de manducatiōe spūali que fit incorporatione per fidē z charitatē. Hinc Aug. ait. Crede z māducasti. Et similiter intelligendū est verbū Aug. Non cogitetis vitā habere posse qui sunt expertes corporis z sanguinis dñi:vbi loquit de paruulis:vt patet de ꝓse. dist. iiij. In ecclesia. Intelligit ēm quo ad spūalem manducationē:que fit per fidē z charitatē vt ptz de ꝓse. dist. iiij. Nulli. Quomodo aūt; sit ptio eucharistie sit nobis in pcepto dicek postea; cū tractabik, materia illi⁹ sacramenti. Jdeo hic trā seo. Sic intelligendū est:vt est absolute necessitatis ad salutē:sed vt est pcepti intelligik de sacramētali mā ducatione a qua excusank paruuli vt postea dicek.

Tertius articulus est de principali quesito. Utrū scilicet baptismus sit tā paruulis q̄ adultis necessarius ad salutem. ¶ In quo articulo quiq; occurrūt de terminānda. Primū an oībus tā puulis q̄ adultis gratiā ꝓferat. Secūs q̄ sit ei⁹ forma. Tertiū a quo rite ministrak z licite suscipik. quartū q̄ reqrak ministrātz in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tētio. ¶Quintū ⁊ vltimū an tā iustificat; ꝯ paruulis sit necessari⁹ ad salutē. ¶Ad primū videt ꝓio q̄ nulli gratiā ꝓferat: q̄ per baptisma nō datur spiritus sc̄tus: ergo nec gratia: ꝓsequentia tenet: q̄ p gratiā ips⁹ sanctus mentes hoim inhabitat: iuxta illud Apost. ad Rom. v. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritū sanctū qui dat⁹ est nobis. Antecedēs ꝓbatur per illud Actu. viij. de credētibus a ꝑhilippo baptizatis: Vt q̄ ꝑetr⁹ ⁊ Johannes orauerūt ꝓ ipsis vt acciperet spiritū sanctum: subdit causa. Nondū enim in quēꝯ illoꝝ venerat: sed erant tantum baptizati in noīe dñi Jesu. ¶Sc̄do sic si ꝓferret paruulis gratiā: sequeret q̄ paruuli baptizati saluarent: sed hoc non: ergo Minor patet per illud Marci vlt. Qui crediderit ⁊ baptizat⁹ fuerit: ⁊ sequit. Qui vero nō crediderit ꝺdēnabitur: sed paruuli credere nō possūt: q̄ nondum possunt vti ratione: ergo si dicatur vt ꝓmuniter dicunt doct. q̄ paruuli nō credūt in actu: sed in habitu fidei: qui eis cū charitate ⁊ spe per baptismū infundit tur: hoc nō videt sufficere q̄ text⁹ ibi loquit de credere actuali vñ premittit. Euntes in vniuersū mundū predicate euangeliū oi creature: ⁊ sequitur Qui crediderit. ⁊c. Jā certū est: credere ad predicationē alteri⁹ est actuale nō habituale: ⁊ glo. interlinearis intelligit de credere fide que per dilectionē operatur: qđ non competit paruulis Tū sc̄do credere prerequirit: vt licite alicui baptisma ministret ergo nō confert paruulis fidē ⁊ gratiā: ꝓsequētia tenet: q̄ nihil licite confertur alicui ꝓpter ꝺdictionem suscipientis quod cum reponat in statu salutis. Antecedens probatur per illud Actu. viij. Cū eunucho euāgelizasset. ꝑhilipp⁹ videns aquā ait: ecce aqua: quis me ꝓhibet baptizare: cui ꝑhilipp⁹, Si credis ex toto corde: licet. Ex quo manifeste haberi videt qui nō credit ex toto corde rite baptizari nō potest. Et hec est ratio quare oportet cathez isationē baptisma precedere. ¶Tertio sic: sup illud Joan. xiij. Maiora hoc faciet. Augustin exponēs dicit qđ facit in nobis nō sine nobis maius est oibus que facit sine nobis: vt q̄ ex impio fit iust⁹: maius est oibus celo ⁊ terra: q̄ illa transibunt. ⁊c. sed paruuli nō possunt deo cooperari ad iustificationē: ex quo carēt vsu rationis ⁊ liberi arbitrij: ergo per baptisma nō datur paruulis gratia. Et istud ꝓmuniter allegatur hoc modo. Qui creauit te sine te: non iustificabit te sine te.

Ad oppositū arguit per illud apostoli ad Gal. iij. Quicūq; in Christo baptizati estis Christū induistis: sed nullus induit Christum sine gratia ⁊ charitate cū sola charitas diuidit inter filios ꝑditionis ⁊ regni. vt dicit Augustin. ⁊ fundat in verbo Apostoli. j. ad Corin. xiij. ergo oibus confert gratiā. ¶Sc̄do sic in naturalib⁹ indispositio materie non impedit totaliter effectū agentis nisi fortior fuerit ꝑtute agētis: vt patet de aquositate lignorum per ꝓparationē ad calorē ignis sed virtus diuina que vt Augustin. dicit in sacramentis secret⁹ operatur salutē: potētior est qualibet indispositione voluntatis: ergo in quolibet ꝓfert baptism⁹ gratiam. Et ꝓfirmatur: q̄ baptism⁹ delet pctm̄: ergo nullū peccatū obsistere pōt ⁊ impedire baptismi effectū. ¶Tertio sic: quisq; tenetur prō semel tantū renasci ex aqua ⁊ spū sancto: q̄ tenet baptisma accipere tantū semel cū sit irreiterabile. Et q̄ ad susceptionem illius teneatur renascendo ex aqua ⁊ spū sancto patet per illud Joā. iij. Nisi quis renat⁹ fuerit. ⁊c. Ergo in quolibet delet omne peccatū etiā actu coexistens: consequentia tenet: q̄ si capiam⁹ renasci ex aqua ⁊ nō ex spū sancto: illi nō patebit via salutis: nō enim impleuit preceptū nec implere poterit. q̄ sic iteraret baptisma. Nec sufficere videt q̄ prio ex aqua renatus sit: ⁊ postea renascatur ex spū sancto per penitentiā ad hoc vt dicat renat⁹ ex aqua ⁊ spiritu sācto: q̄ vt hic est fallacia figure dictionis: iste fuit albus: ⁊ fuit nō alb⁹: ergo fuit albus ⁊ nō alb⁹ consequens enim est impossibile: vt patet ex impossibilitate illius de presenti ad quā reducenda est: ⁊ arguitur a pluribus determinatis ad vnā ex parte tē poris inclusi in ly fuit: ita in ꝓposito deesse renatū. Nec valet dicere ad implētionē precepti sufficere renasci ex aqua: ⁊ renasci ex spiritu sancto: q̄ sic liceret primū vel renasci ex aqua: ⁊ postea velle renasci ex spiritu sācto nec in hoc transgrederet preceptū. ¶Respondeo q̄ quidā antiqui tenuerū t per baptismum tolli culpā originalē: sed gratiam nō ꝓferri: vt patet extra de bap. ⁊ eius effe. c. maiores. Ad qđ dicendū eos induxit vt dicit bea. Tho. iij. par. que. lxix. art. vj. quia nesciuerunt distinguere inter actū ⁊ habitū. Unde videntes pueros post baptismū inhabiles ad actus virtutum: crediderūt eos nullarenus habere virtutem: que impotētia nō accidit pueris ex defectu habituū: sed ex impedimento corporali sicut dormientes ꝯ uis habituati sūt virtutib⁹ impediunt tū ab actibus ꝓpter somnū. Sed quecunq; fuerit eis occasio hoc dicēdi falsum videtur quod dicūt: tum q̄ sic infantes baptizati nō salvarentur: cū nemo saluetur sine veste nuptiali: que est charitas diuidēs. ⁊c. Et Augustin⁹ in Enchiridio ꝑuuli renascendo moriuntur illi pctō quod nacēdo ꝓtraxerunt: ⁊ per hoc ad alios pertinēt: ꝓsepulti enim sumus cū illo in mortem per baptismū Subditur. Ut sicut resurrexit Christ⁹ a mortuis: ita ⁊ nos in nouitate vite ambulem⁹: sed illa nouitas vite est per gratiā. ergo. ¶De adultis dico prio q̄ omnibus volentib⁹ suscipere sacramentū baptismi: characterem imprimit annotando seu ascribēdo eos familie Christi: ⁊ intelligo per characteris impressionem baptizatū reddere. An aūt aliquid absolutū vel respectiuum imprimat sacramētalis operatio anime baptizati: vel nō: ꝯmitto disputantibus: patet per illud extra de baptis ⁊ eius effec. ca. Maiores. vbi in fine dicitur. Tūc ergo characterē sacramentalis imprimit operatio cum obicem volūtatis contrarie non inuenit obsistentem. ¶Secūdo dico: q̄ adulto gratiā non confert: nisi ad minus attenatur de peccatis: vel de peccato: si solū originale ponatur habere: ⁊ rectam fidem. Primum patet p illud Augustin. de consecra. dist. iiij. Omnis qui sue volūtatis arbiter cōstitutus est: cū accedit ad sacramentū fidelitū non poterit vitam nouam inchoare: nisi cum peniteat vite veteris. Secundū puta de fide patet per illud Actu. viij. Si credis ex toto corde licet: scilicet tibi ministrare baptisma: sed nūq̄ illicitum est alteri ex parte ei⁹ ministrare id vnde gratiā ꝓsequatur. Idē probat brūs Tho. iij. parte: questi. lxviij. art. viij. per illud ad Rom. iij. Justitia dei est per fidem Jesu Christi. Et prō eodē est qđ dicit Tho. ij. ij. quest. ij. art. v. ad primū. Et contra quod dicit ibidem quest. x. art. j. Idem ponitur in ca. Maiores. de bap. ⁊ eius effectu. Preterea ratiōe patet

q̄ infidelitas nō solū ꝓtraria sed ⁊ ꝓtradictoria fidei est peccatū: sed qui sub culpabili ꝓmissione vel omissiōe actu baptisat: nō recipit gratiā ꝓpter obicem pctī actu inexistētis. ergo. Maiori videt apostolus ad Hebre. xj. Sine fide impossibile est placere deo quē ꝯ subdit causā. Accedentē enī ad deū credere oportet q̄ est: ⁊ q̄ inquirentib⁹ se remunerator est. ¶Sed dices: ponat⁹ adult⁹ iā primo adipisci vsum rationis: certū est iste nō cognoscit deū esse prius ꝯ ex creaturis in ei⁹ deduci possit notitiā: nec abutat naturalib⁹: sed cupiat viuere vt viuē dū est. Iste forte vidēs parentes baptisari: ignorās qđ hoc sit aut ad qđ prosit: vult idē circa se fieri qđ videt parētes suscipere: ⁊ eo modo presumēs aliq̄d boni latere ꝯ uis hoc ipsum ignoret: iste baptisat⁹ videt suscipere gratiā: ⁊ nō habet fidē: ergo nō prerequirit fides. ⁊c. Respōdeo argumentū tangit fundamentū difficultatis: an adult⁹ possit primū venialiter peccare. Cui⁹ partē negatiuā tenet bea. Tho. j. ij. q. lxxxix. art. vlt. Vñ vult q̄ cū solo originali nō pōt stare venniale nec cū statu innocētie: vt ibidē art. iij. Utriusq; ꝓtrariū tenet Altis. in sūma sua. Quicqđ de hoc sit: an ꝓ initio quo sit vtēs rōne tenet habere fidem actualē q̄ deus est: ⁊ q̄ inquirentib⁹ se ⁊c. mō differatur ad aliū passū: ratio per me assumpta saltē efficaciter ꝯcludit prō tempore quo talis tenet ad fidem seu actualiter credere q̄ tūc sumens baptisma nō recipit gratiā. Et per idē excludit argumentū quo posset argui q̄ volūtarie negligit adhibere operam sciendi articulos fidei peccat ignorādo: nō tū ꝓ semp peccat quo ignorat: puta nō in somno sit: ergo ꝓ⁹ volūtatis suscipiēdi ⁊ baptizēt in somno: in isto nō est ꝓpter ignorātiā actuale pctm̄. Et iā nō tenet totū temp⁹ vigilie exponere ꝓ scientia articulorū. ¶Ultra videtur ꝓtra principale ꝯcludere argumentū q̄ in tali ꝓferatur gratia per baptismū: ex quo nō ponit obicē actualis pctī. Dico q̄ in adulto non sufficit ponī obicē actualis peccati vt ꝯsequat gratiā per baptismū: sed requirit in eo dispositio cōuenies attritionis ⁊ fidei vt ostensum est.

Sed de adultis difficultas videtur: an sine intensione prouia suscipiendi baptisma si eis ꝓferatur baptism⁹ sint vere baptisati: an debeat baptisma iterari. Ad qđ respondet doctor subtilis dist. iiij. quarti cū agit de recipientib⁹ sacramentū: ⁊ nō rem sacramenti: licet difficile sit reperire aliquē qui prius cogitasset de baptismate ⁊ nec ꝓsensisset in baptisma suscipiendū nec dissentisset: ⁊ ab vltimo illoꝝ iudicaretur prius habitualiter consentire vel dissētire: tū si qs esset oīno nō ꝓsentiēs nec dissētiēs nec habitualiter nec actualiter ⁊ tū vtens ratione: non esset capax baptismi: q̄ ex quo vtitur ratione oportet q̄ habeat deuotionē aliquā ad sacramentū si debeat ipsi valere. aliter cū videretur contēnere. Sed hec ꝓbatio Scoti videt probare solū eū nō esse capacē sacramēti quo ad effectū gratie ꝓsequende. Efficaci⁹ videtur idē ꝓbare Tho. iij. parte que stio. lxviij. artic. v. Adhoc vt hō moriat veteri vite ꝑm Augu. requirit in habente vsum liberi arbitrij volūtas qua cū veteris vite peniteat: ergo in tali ad suscipiendū sacramentū requirit voluntas que intēdat vite nouitati: cui⁹ ptincipiū est ipsa susceptio sacramenti: ergo ex parte baptisati requirit. ⁊c. Unde dicit ibidē in solutiōe ad secundū sīn adulto deesset intētio suscipiēdi sacramētū: esset re baptisandus. Sitamen hoc non constaret esse dicendum. Si nō es baptizatus ego te baptiso. Idem Richardus dist. vj. quarti. arti. ij. quest. iij. ⁊ Bonauentura: vt dicitur in sūma angelica. Idē dicit Palu. iiij. dist. quarti sententiar: q̄ si nunq̄ habeat intentionē suscipiēdi: ⁊ baptisetur in somno: nihil fit. Sicut si ex parte ministri deesset intentio conferendi sacramentū: puta si loco baptiset aut simulate: addens q̄ non crederetur illi in foro exteriori si vellet secundo baptisari: nec patitur ab irregularitate secundo baptisati: nec a morte iudeo bis baptisato: si diceret prius se non fuisse baptisatū ꝓpter defectū intentionis: ⁊ ideo voluisse iterum baptisari.

Cōtra istud videtur illud Augustini ad Dona. Ficti veraciter ⁊ nō ficte recipiunt: nec eos baptisma reprobatur. j. q. j. Sicut ficti. Et idē de vnico baptismo. lib. viij. Sicut iā nō dubites illos etiā habere baptisma q̄ ꝯ ꝯ fallaciter id accipiunt in ecclesia tū accipiūt: vel vbi putat esse ecclesia. de conse. distin iiij. capi. Solet. vbi glo. in verbo Implorandū. Si baptizās intēdit baptizare: qualē cūq; intentionē baptizatus habeat recipit sacramētum. Sed si non intendit baptisare ⁊c. Item ad idē videtur expressa sententia ecclesie in dicto ca. Maiores vbi in fine dicitur. Tunc ergo characterē imprimit sacramentalis operatio: cū obijcem cōtrarie volūtatis non inuenit obsistentem. Et glosa ibidem in verbo perdurare soluendo obiectionē dicit q̄ c. Sicut ficti. ⁊ c. Solet. non contradicunt: quia illi ore exprimunt: licet corde dissentiāt. Et ideo sacramentū recipiūt: q̄ ecclesia dare intendit: sed nō prodest ad remissionē peccatoꝝ nisi cum fictio illa recesserit. de ꝑse. dist. iiij. Tunc valere. ¶Respōdeo saluando opinionem theologoꝝ que communior videtur: dicendo ad primum: q̄ fictio est cum verbo vel facto aliquid ostendit aliter ꝯ se habeat rei veritas si fiat ex intentione est speciale peccatū. Sed qñ non fit vlla intentione sine vllo fine tunc non est speciale peccatū: immo potest fieri sine peccato quo modo Christus finxit se longius ire. Et etiā cum peccato: vt si quis operetur aliquid coram alijs habens speciem mali: cum merito debuisset aduertere hoc alijs futuruꝝ occasionem ruine: ⁊ de hoc genere fictionis loquunt doctores in materia baptismatis Unde fictus in suscipendo baptisma dicitur q̄ facto susceptionis ostendit se dispositū suscipere baptisma ⁊ eius effectum: ⁊ tū respectu vtriusq; aut alterius tantum est indispositus: contrarie aūt negatiue. Preterea respectu sacramēti est indispositus si nolit aut nō velit sacramentū recipere respectu effect⁹ vltimi mali baptismatis. puta gr̄e ⁊ remissionis peccatoꝝ. Et negatiue indisposit us p carentiā volūtatis ad iustificari aut detestari peccata ad eundem vero effectum est indispositus contrarie per actualem commissionem vel omissionem mortalem. Jam dicitur: cum dicit Augu. fictos recipere intelligit de fictis respectu gratie: nō de ficti; respectu sacramenti. Sed videtur vehementer prō ꝓtrario vrgere capi. Solet. de conse. dist. iiij. cum dicitur. Sicut iam maiorum statutis non dubites illos etiam habere baptisma qui ꝯ ꝯ id fallaciter accipiant. ⁊c. Respondeo tamen q̄ fallacia idem dicit qđ fictio: ⁊ dicit fallaciam operis respectu effectus vltimati baptismi. Nam de alia fictione respectu sacramenti per carentiā voluntatis suscipiendi non

habuimus sic tuta maior: qui hec determinauerunt nec adhuc habemus: vt patet discutienti: sed de suscipientib⁹ sciēter ab hereticis: ⁊ sic de alijs: vbi currit indispositio respectu gratie. ¶ Ad capi. Maiores. Rndeo: q ibi per voluntatē cōtrariā nō intelligit actū voluntatis qui renuit suscipere baptisma: qz sic indifferēter ex quo actus talis non reperitur cōferetur: nō obstante q prius infuerit. Sed per volūtatem ⁊trariā intelligit ipsam potentiā volūtatis vt impedit sacramenti collationem. Sic enim dz: voluntas ⁊traria ⁊ repugnans susceptioni sacramēti quō etiā coiter dicimus baptisma collatum ⁊ferre gratiam cum obicem voluntatis contrarie nō inuenit obsistentem: ⁊ tñ ad hoc impediendū non requiritur act⁹ positiu⁹: sed sufficit in adulto q veteris vite eū nō poeniteat. Et q requirat in baptizato volūtas seu intētio suscipiēdi: videt ex hoc ⁊firmari: qz nisi sic ⁊traria volūtas nō posset impedire collationē baptismi. Non em videt ei⁹ dissentio impedire: de cui⁹ ⁊sensu nihil interest vt actus sortiat suū effectū. Et iā gl. in dicto c. Maiores: dicit q eodē dissentiēs recipit baptisma. Et idē videt velle gl. c. Solet. de se. di. iiij. qd tñ ⁊trariū videt textui. Cū sacramētale operationē ⁊c. vbi nō inuenit obicē volūtatis ⁊ contrarie. q si qs hoc intelligendū putauerit de ⁊traria volūtate exp̄essa: videat ergo quō ⁊cilij Toletani solū veritatē habet de ⁊ditioaliter volēte qd videt dicere textus in c. Maiores. de bap. cū etiā veritatē habeat de eo qui nullo modo ⁊sentit nec absolute nec ⁊ditionaliter: immo de eo q cōde dissentit vt vult glo. Animaduertat etiā q vigilanter textus exp̄essit. Sec⁹ si cathecumini extitissent ⁊ habuissent ꝓpositū baptizādi: vnde tales in necessitatis articulo ⁊sueuit in ecclesia baptizare. q. d. nō illos qui nunc ꝓpositi fuerunt baptizandi.

Ad argumenta vtriusq; partis:

⁊ p̄io ad argumenta ꝑ parte negatiua: ad p̄imum Illi baptizati a Philippo etsi nondū receperāt spiritū sanctū inuisibili signo quō dabat fidelib⁹ p impositionē manuū apostoloꝝ acceperūt tñ in baptismate spīn sanctū in domo charitatis ⁊ gratie: quo gratificabātur deo ad vitā eternā. ¶ Ad ēm negāda est minor. Et ad probationē ex verbo saluatoris Marci vlt. Euntes in mundū vniuersū ⁊c. dico q loquit tantū de adultis: qz de his quib⁹ p̄dicandum erat euangeliū per apostolos aut eoꝝ successores: q̄ scz possūt in actū credēdi: vt etiā exp̄essevult text⁹ in ca. Maiores. de bap. ⁊ ei⁹ ꝓ effec. ne habeamus in p̄allegata authoritate ad alios referre clausulam p̄imā ⁊ ad alios secundā: ⁊ ita cuius paruuli non credāt ab actu credēdi: reponūtur nihilomin⁹ per baptisma in statu salutis. Et cū obijcit illud act. viij Si credas ex toto corde ⁊c. vbi haberi videt q non licet baptizare aliquē nisi p̄i⁹ credat: dico q adultis r̄one vtentib⁹ vt iustificent per baptismū necessaria est fides ⁊ dispositio ⁊ p̄cepti: de fide patet per illud Amb. exponētis verbū Apost. ad Ro. rj. Sine pnia sunt dona dei: gratia dei in baptismate non requirit gemitū vel planctū vel opus aliqd: sed solā fidē: ⁊ oīa ꝓdonat gratis: ⁊ ergo adulto nō credenti: tanq; insufficienter dispositio ad effectū baptismi suscipiendū nō liceret sacramentū baptismi ꝓferre paruulo vero qui solius pcti originalis tenet: obnoxius nullū illoꝝ est necessariū ad ꝓsequendū baptismi effectū: ideo licite ipsi ministrat sine credere p̄ceptione aliena ⁊ ꝓsequit salutē. ¶ Et ad tertiū similiter dico q intelligēdū est de adulto q̄ iā sue volūtatis arbiter ꝓstitut⁹ est: vñ Aug. Dis q iā sue volūtatis arbiter ꝓstitut⁹ ē: cū accedat ad sacramētū fideliū nō pōt nouā vitā inchoare: nisi eū peniteat vite veteris. Sec⁹ ē de puulo: q vt ꝑ aliū solū peccare potuit: ita eū de⁹ ꝑ aliū iustificat: puta in merito passiōis Xp̄i.

Et quia argumenta ad oppositū

adducta absolute ꝓbant quēlibet baptisatū vsq; dispositū ꝓsequi gratiā per baptismū: etiā respōdendū est ab ipsa. ¶ Ad p̄imū fundatū in ꝓbo apli ad Gal. iij. Quot baptisati estis in Christo: Christū induistis: dico vt dicit Aug. ⁊ ponit in glo. sup verbū allegatū: hoīes induūt Christū aliqñ vsq; ad p̄ceptionē sacramēti: aliqñ etiā vsq; ad vite iustificationē. Et illd p̄imū: bonis ⁊ malis ē cōmune: hoc alt⁹ vero ꝓp̄riū est bonoꝝ: ⁊ hoc vel añ baptismi p̄ceptionē boni erāt vel sufficiēter dispositi vt ꝑ baptisma efficiant boni: q in adultis q̄ volūtatis sue sūt arbitri est fides ⁊ attritio cū intētione suscipiendi. In puulis vero nihil ex eis tāq; dispositio requirit cū nondū possūt volūtate aut r̄one vti. ¶ Ad ēm dico aliud est de agēte naturali: ⁊ aliud de agēte libero. Mā agēs naturale: qz agit ex necessitate nature: nititur quantū pōt dispositionē impedientē effectū suū amouere: ⁊ ergo nūq; indispositio passi impedit effectū agētis nisi fortior fuerit ꝑtute agētis. Sed agēs liberū: qz libere agit: nō semp nitit dispositionē suo effectui ⁊trariā amouere: ⁊ ideo reperiēs passū indispositū frequēter omittit inducere effectum quē aliter induceret. Sic in ꝓposito de⁹ de lege ordinata q collationē sacramentoꝝ nō vult in dispositionē auferre: sed dispositū effectū gratie ⁊ ꝑtutis inducere. ¶ Ad cōfirmationē cū dz baptism⁹ deleat ⁊c. ergo nō pōt impediri eius effect⁹ per pctm. Respondeo ad añs: q delet pctm q̄ ꝑ reatū inest: nō aūt qd actu inest: vñ actualē omissionē vel ꝓmissionem culpabilē siue venialē: siue mortalē nō delet. ¶ Ad tertiū dico: q̄ ex culpa sua se reddit impotentē facere id ad qd obligat satisfacit si id fecerit qd pōt: vt patet de impotēte ex culpa sua ieiunare totā quadragesimā. Sic in ꝓposito qz su scepto sacrameto baptismaꝝ in pctō mortali effectū est ipsi impossibile renasci ex aqua ⁊ spū sctō ꝓpter initerabilitatē sacramēti baptismaꝝ: iō satisfacit si quantū in se est laboraret ad peccati remissionem qd large dicitur renasci ex spū sancto.

Secundo videndum

est q̄ forma necessario requirit ad baptisma. An scz hec. Ego te baptizo in noīe patris ⁊ filij ⁊ spūs scti. ¶ Et arguit p̄io q nō: qz in noīe Jesu ꝓfert verba baptisma: ꝯ dicta forma nō est necessaria ꝑ collatiōe baptismatis: añs patet Actu. ij. ex respōsione Petri. Pe nitentiā agite ⁊ baptisef vnusquisq; vestrū in noīe Jesu Christi in remissionē peccatoꝝ ⁊ accipietis donū spūs sancti. Et actu. viij. dz q Samaritani baptisati sūt a Philippo in noīe Jesu. ¶ Si dicat: q sub illa forma in p̄mitiua eccl'ia ꝓferebat baptisma ex speciali ꝓfessiōe dei: vt nomē Jesu Christi hoīb⁹ amabile redderet: sz iā cessante illa ꝓfessiōe cū sua cā cesset: nō sz sub illa forma baptisare: ⁊ si ministraret

hoc mō nihil fieret. ¶ Cōtra Hugo. de. S. Victo. li. ij. de sacra. par. vi. ca. ij. rndēs questiōi. Si baptisma ministret plena fide sub exp̄ssione p̄rs tñ: vel i noīe dñi Jesu tātū: sicut in actib⁹ apostoloꝝ legit: an sit verū baptisma. Dicit in hac q̄stione poti⁹ authoritate q̄ sua rōne respōdendū ⁊ fundās se in ꝓbis Ambrosij lib. de trinitate: q̄ allegant a magistro dist. iij. iiij. determinat q baptisma sic collatū est verū ⁊ p̄fectū baptisma Jrē Nicolaus papa ad ꝓsulta Bulgaroꝝ inq̄rentiū q̄d agēdū sit de multis in sua p̄ria baptizatis a quodā Judeo de q̄ ignorabāt an Pagan⁹ an Christian⁹ esset: rndit. Vt ꝓfecto si in noīe trinitat⁹ vel tñ in noīe Christi sicut in actib⁹ apostoloꝝ legit baptizati sunt: vnū idēq; ē vt. S. Ambro. exponit: qz nō illoꝝ fꝫ eius est: rebaptizari non dñt. quo non possit exp̄ssius determinari baptima in Christi noīe collatū esse verum baptisma. ¶ Secundo sic Sacramenta hñt ex diuina institutione virtutē ⁊ efficaciā. sed ex forma quā dñs tradidit Matth. vlti. non potest haberi q exp̄ssio actus baptizandi sit de forma: ꝯ. Minor patz: qz dñs simul p̄cipit ibi actū dicēdi ⁊ baptizādi dicens. Euntes docete omnes gētes baptizātes eos in noīe p̄rs ⁊ filij ⁊ spiritussancti dicētes eos seruare omnia que mandaui vobis: fꝫ nō requiritur ad dicēdū q̄ sacerdos dicat: ego te doceo ⁊c. ꝯ etiā nō requirit ad baptizādū: iuxta p̄ceptum dñi ibi datū: q dicat: ego te baptizo in nomine ⁊c. ¶ Tertio sic. si hec eēt forma: ego te baptizo ⁊c. vel esset forma baptismi vt vera est: vel vt non vera est: neutrū horū pōt dici: ergo ⁊c. Sequela patet: qz inter ꝓdictoria nō est dare mediū: iam verū ⁊ non verū sunt contradictoria. Minor ptz: nō vt vera: qz nō est sacramentū baptismi ante cōpletā p̄nūtiationem forme ecū ablutione. Jam in p̄incipio dicit. Ego te baptizo: ⁊ baptizare est sacramentum baptismi conferre. ¶ Preterea forma baptismi vt forma est naturaliter p̄rior est sacramento baptismi. Jā veritas huius ofenis est naturaliter posterior sacramento baptismi: cū veritas sit posterior re significata per orationez verā. Nō etiā potest dici scōm: puta q sit forma vt non vera: qz sic esset forma vt falsa cum oratio ꝺdicatiua si est nō vera necessario est falsa. absurdum aūt esset in sacramento ꝑfitatis esse aliquid falsitatis ¶ Quarto sic. Greci vtunt alia forma: puta ista: baptizet seruus Christi: ⁊ vere baptizant: qđ patet: qz grecos venientes ad nos non rebaptizam⁹: ergo hec non est ꝑcisa ⁊ necessaria forma. ¶ Et confirmat: qz ego satis intelligitur in verbo baptizo scōm grāmaticos: ꝯ ei⁹ exp̄ssio nō est de substātia forme: qđ etiā exp̄sse tenet glo. in c. si quis. de bapt. ⁊ eius effe. ⁊ videt p̄obare de conse. dist. iiij. retulerunt. vbi dz q si baptizando diceret p̄sbyter ex ignorantia Romane locutionis non errorē aut hereſim iducens baptizo te in noīe patria ⁊ filia ⁊c. non sunt rebaptizādi. Ex quo ꝓbari videtur: q liceat variare hāc formā nō solum omittēdo ꝓnomē ego sed etiā verba corrūpendo: ⁊ alterādo significationem. ¶ Quinto ⁊ pregnantius sic Baptisma potest conferri sine exp̄ssione vocū: ꝯ dicta forma non est necessaria ad baptismū: Añs patet tū primo qz sacramentū matrimonij perficit consensu sine verbis vt in mutis ⁊ surdis ꝫbentibus de sponsalib⁹. Cū apud. ⁊ cap. Tue Ubi dz q etiā in loq potētib⁹ sufficiāt aliqua signa consensuz sufficienter exp̄rimentia vt ibi tenet Host. Panor. ⁊c ⁊ Palude. xxvij. dist. iiij. q. ij. ergo similiter posset baptisma conferri sub alijs signis exterioribus sine vocū exp̄ssione: et sic posset cōferri per mutū Tum scō. qz ꝓfessio sacramentalis potest fieri scripto ⁊ nutu. imo etiā absolutio ꝑ sedē apostolicam sepe ipartit alijs scripto vt refert Pal. iij. dis. iiij. q. ij. sed absolutio sacramentalis magis vt alligata vocibus vt ꝓprie forme ꝯ baptismus: ergo ⁊c.

Ad oppositū arguit. quia de baptis. ⁊ eius effe. ca. j. dz Si qs ter puerū in aqua merserit i noīe p̄rs ⁊ filij ⁊ spūs sancti amē. ⁊ nō dixerit: Ego te baptizo in noīe p̄rs ⁊ filij ⁊ spūs sancti. ⁊ nō est baptizat⁹. Idē Didym⁹ lib. de spūsancto. Licet qs posset existere mētis aliene qz ita baptizaret vt vnū de p̄dictis nominib⁹ triū p̄sonarū p̄termittat: sine perfectione baptizauit. Et de cōse. dis. iiij. cap. Si reuera. Pelagius papa ait Si qui in locis tue dilectionis vicinis solū in noīe dñi baptizatos se fuisse cōfitent sine cuiuscunq; dubitationis ambiguo eos ad catholicā fidē venientes in sancte trinitatis noīe baptizabis. Et in synodo Anglor decretū est: vt q vel vnā de trinitate p̄sonā in baptismo nō noīaret: illū baptisma eē vez nō posset. Idē dz Zacharias papa p̄o certo verū esse: vt patet de conse. di. iiij ca. In synodo.

Pro responsione sciendū est q in

forma baptismi aliqd est necessariū ex pte ministerij qđ nō est necessariū simpliciter ex parte sacramenti. Et dz illd necessariū ex pte ministerij: sine quo minister ministrando sacramentū nō potest euitare pctm Ex parte vero sacramenti: sine quo sacramētū ipsum non perficit. Ex parte ministerij in ecclesia Romana necessaria est hec forma. Ego te baptizo i nomine patris ⁊c. qz illam romana ecclesia suis ministris iniunxit: iuxta ꝓmunē doctorum sniam i allegato ca. j de bap. ⁊ eius effe. Et intelligo illud de ministro cui ex officio incūbit baptizare qz talis tenet scire q̄ officio suo incūbit. Si tñ ꝓpter imminēs periculū decessus baptizādi: vt celeri⁹ baptizet omittat p̄nomen ego aut aliquo impedimento a memorando ꝑpedit⁹ nō appr̄hēdat actu formā Romanā: ⁊ vtat forma Grecoꝝ. s. baptizetur seruus Christi in noīe patris ⁊c. nō credo talem peccare: fꝫ dz hec forma de necessitate ministri: qz regulariter sine peccato eam mutare non pōt. Sic in quibusdam ecclesijs de necessitate ministri est trina immersio.

Ad videndū aūt q̄ sint de necessitate forme in se ꝓmitto q ecclesia nō posset nouā formā baptismi aut alterius sacri instituere aut institutā quouis modo mutare: patz: qz vt solius dei est animam a labe pcti emundare. iuxta illud Esaie. xliij. Ego sum q̄ deleo iniquitates tuas ꝓpter me Ita solus q̄ ministraliter sanctificat aiam p̄t instituere vñ nouerit se ecclesia non esse dominā sacroꝝ sed ministram nec posse magis formā aliquam sacramentalem destituere aut nouā instituere q̄ legem aliquā diuinam abolere vel ad tempus ab obligatione hominū sus pendere: vel nouū aliquem articulū fidei instituere. q̄ alr non est de fide. ¶ Ex quo ptz error Jnno. c. j. de bapt. ⁊ eius effe. ⁊ canonistaꝝ sequentium: si qs apud nos dicat: baptizat te Christus i noīe patris ⁊c. nō eēt baptizat⁹: sec⁹ in puincia q̄ nostram formā nūq; acceptasset. qz ibi eēt ꝓbabilis error de forma r̄one eccl'ie: puta credens sacerdos ratione ꝓbabili q forma grecoꝝ esset forma ecclesie Romane ille vtendo forma grecoꝝ non traderet secundum Jnocētū verum baptisma qđ est absurdū in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mo fidenter ꝛ absq; vlla dubitatione pronuntio que cunq; forma apud grecos sufficit pro collatione baptismi a latino obseruata confert verum baptisma: licet ꝓferens grauiter peccet pretergrediens formā quā si bi seruare incūbit necessitate ꝯcepti: ꝛ ab hoc nemo theologorū aut doctorum discrepat. ¶ Dico igitur q̄ de necessitate forme sunt eadē apud oēs ꝛ sunt ea q̄ ℂhriſt⁹ instituit mittēs apostolos suos ad predicādū. Matt. x. ꝛ ad baptizandū Marci. vlt. q̄ post resurrectionem expressit dicens: baptizantes eos in noīe patris ꝛ filij ꝛ spiritussancti. hoc est qđ Aug. lib. de vnico baptismo ait. Baptisma ℣bis euāgelicis cōsecrat. Sūt igit de substātia ꝛ necessitate forme expſſio act⁹ baptizādi ꝛ inuocatio trinitatis sub noīe patris ꝛ fi. ꝛ ſſ. siue fiat in indicatiuo siue i optatiuo vt bea. Tho. Scot⁹ ꝛ q̄dā alij dicūt baptizari grecos sic. Baptizet seru⁹ ℂhriſti tal vl talis. ꝛ hoc ad euitādū schisma de quo. ſ. ad Cor. iij. Ego sū Pauli: ego sū Cephe ꝛc. ꝛ possūt loco illoꝝ nominū capi alia idē significātia: q̄ in quolibet idiomate pōt baptisma ꝓferri. Ex hoc ptz: q̄ illū ꝓnomē ego nō est de necessitate forme: q̄ sic baptisma grecorū nō eē verū baptisma. Itē vt dicit de cōse. di. iij. ca. retulerūt Si q̄s p ignorātiā vtaf hac forma Ego te baptizo in nomina patria ꝛ filia ꝛ spiritussancta: puer nō esset rebaptizād⁹. ¶ Sed difficultas est si fecerit talo inducēdi heresim aut errorē an baptizatus sit. Et videtur ex allegata rōne zacharie pape a contrario sensu q̄ nō q̄ dicit: si non errorē aut heresiꝫ inducēs hoc fecerit: sed pro sola ignorantia latine lingue non debet rebaptizari Et pro isto est vulgatum dictum doctorū. Si quis forme cōmuni baptismi addat hāc particulam: ꝛ bti ℙetri vel btē Marie virginis ꝛc. ꝛ credat ꝛ velit hoc eē de essentia forme non est baptisma secus si ex deuotione adderet. ¶ ℙro ⁊ contrario videtur Augustinus libro tertio de vnico baptismo Ad baptisma qđ ℣bis euangelicis cōsecratur non pertinet cuiu sq̄ dantis vel accipientis error siue de ꝓpe siue de filio siue de spiritu sancto aliter sentiat q̄ celestis doctrina insinuat. de consecratione distinc. iiij. Satis ostendimus. ¶ ℙreterea Greci tenentes non posse cōfici in azimo sed tm̄ infermentato inducunt errorē mutando materiā sacramenti eucharistie ꝛ nihilominus vere cōficiunt. ¶ Respondeo. Intentio inducēs errorē aut heresim per formā vel materiam sacramentalem non vitiat sacramentum: nisi excludat intentionem faciendi qđ ℂhriſt⁹ fecit aut instituit. q̄ vero tunc impedit substantiam sacramenti cum excludit intentionem. patet: q̄ ad hoc vt fiat sacramentum requiritur in ministro intentio faciendi quod ℂhristus fecit vel instituit implicite vel explicite Implicite dicitur quis tunc velle facere qđ ℂhriſt⁹ fecit vel faciēdū instituit: si velit facere qđ ecclesia facit: aut qđ videt particularē hominem facientem qui scilicet hoc facit qđ ℂhriſt⁹ fecit vel faciendū instituit Et q̄ aliter corrupta intentio ministri non impedit substantiam sacramenti patet: quia stat cum omnibus substantialiter requisitis ad essentiam sacramenti. ꝛ hoc satis probare videtur allegatum verbum beati Augustini. Ex hoc dico: q̄ baptizās sub tali forma. Baptizo te nomine ꝑia ꝛ filia ꝛ spiritussancta si velit toto vt ꝑ foꝛa scōm significationē ſibi cōperetē gſa toti⁹ nō est baptismus: sed si p illa ℣ba velit baptizare quocūq; mō p ea baptizari pōt: baptisma tenet: ꝯ p vsum talē ꝓsciat ꝛ etiā velit alios duos ducere in heresim aut errorē. Et licet velit vti vtꝑcisa forma idiomate hebreo intēdēs inducere hereſim q̄ solū in illo baptizari possit i quo ℂhriſt⁹ baptizauit: non vitiat sacramētū: q̄ hoc faciēdo sacramētū administrat: qđ ℂhriſt⁹ instituit in debita forma ꝛ materia. ¶ Et p idē ptz de additione b⁹ ad formā: scilz ꝛ btē Marie ℣ginis ꝛ beati ℙetri. an vtēs additionib⁹ illis vere baptizet: q̄ si toto aggregatoꝛ vera forma ꝛ additiōib⁹ illis velit esse formā non baptizat: ex quo hoc totum nō est forma baptismi: secus si solum dicat tales additiones causa deuotionis vel ob alium finem dummodo non velit huiusmodi additiōes esse partes forme siue de essentia forme. ¶ Et si dicatur. si vtatur toto pro forma et credit ℂhriſtū sic vsum ille vult facere quod ℂhristus fecit vel faciendum instituit: ergo illa intētio non vitiat sacramentum iuxta dicta. ¶ Respondeo: licet vult facere qđ ℂhriſt⁹ fecit in sensu cathegorico vt hoc totum sit predicatum facere q̄ ℂhristus instituit non tamen in sensu hypothetico vt sit sensus vult facere aliquid et hoc ℂhristus instituit: quia ℂhristus non instituit hoc totum pro forma.

Adratiōes ante oppositū. Ad ꝓ

mam respōdet. B. Tho. tertia parte. q̄sti. lxvj. ar. vj. quo ad illud de actibus apostolorum dicit: q̄ in primitiua ecclesia faciebāt ex speciali ℂhriſti reuelatione ꝛ cōcessione ꝛ sic baptizabant vt nomē ℂhriſti qđ Judeis odiosum erat: fieret sic tā Judeis q̄ gētib⁹ amabile cū per inuocationē eius dabatur spiritussanctus. Et dicit beatū Ambro. in verbis allegatis per magistrum (olum dare causam quare in primitiua ecclesia talis dispensatio conuenienter fieri potuit: q̄ scilicet ibi seruabatur integritas ītellectualis forme per ℂhristum institute q̄ius nō sensibilis. non videtur ad mentem Ambrosij qui vult baptisma perfectum esse: etiam si vna tantum persona exprimatur. Et ad authoritatem Nicolai pape ad consulta Bulgarorū respondet q̄ Nicola⁹ pa. dictū suum confirmat ex duobus premissis ꝛ ideo responsio eius patet ex primis duab⁹ solu. per qđ intendit q̄ rōsio Nicopa. locū habet cum ex speciali de concessione hoc fit Que responsio non videtur satisfacere quia Bulgari consulebant apostolicum an ij essent rebaptizandi q̄ baptizati erant a quodā Judeo: de quo nesciebāt an pagan⁹ esset an ℂhriſtian⁹: quib⁹ si cōstitisset de speciali dei reuelatiōe nequaq̄ aplicū ꝓsuluissent ex eis rōdens dicit: si in noīe trinitatis (vel tm̄ in nomine ℂhriſti baptizati sunt: nō sunt rebaptizandi. Cōcedo igitur cū Hugone de. S. Victo. passu p allegato q̄ baptisma i nomine ℂhriſti collatū tenet: etiam sine speciali dei concessione: quia ibi implicatur tota trinitas licet sensibiliter nō exprimatur. ꝛ hoc sufficit. Ad illud de synodo Anglorū dico: q̄ vnica ꝑsona nō nominata seu omissa nominari non est verū baptisma: si minister intendit expresso vti ꝑ forma quo ad ea q̄ explicite significantur: ꝛ q̄ hoc intendit videtur probari: q̄ subdit ibi zacharias in probationem. Qui vnum ex sancta trinitate confessus non fuerit: nomē: non est perfectus ℂhriſtianus: qui enim confitetur patrē et filium: si confessus nō fuerit spiritū sanctū ꝛc. ergo videtur loqui cū propter heresim nomen talis ꝑsone omittatur tanq̄ non pertinētis nec explicite nec implicite ad formam baptismi. ꝛ consimili modo intelligendū puto illud Pelagij pa. Si solū in nomine dñi se baptizatos confitentur sine cuiusq̄ dubitatiōis ambiguo eos ad catholicā fidem

Ad argumenta principalia ante oppositum. Ad primū dico ꝙ occurrere debet quātum potest. hoc aūt possumus quod iure possumus: vnde sicut sacerdos non debet cuicunq̄ malo obuiare per adulterium vel mendacium: ita nec per reuelationē confessionis: vnde debet ciues ad ciuitatis custodiam incitare: vel pastores vt vigilēt super gregē ne possint per heresim corumpi: ac omnia alia que ad obuiandum proditioni vel heresi seminande facere conuenit: puta cōstanter asserendo de proximo futurum esse: ꝙ aliquis de huiusmodi minime suspectus laborabit ad ciuitatis proditionem ⁊c. adhibita cautela: ꝙ nec verbo nec signo indicet personam confitentis propositum illud habere. Nec est contra charitatem celare ꝓfessionē: q̄ uis alia via impediri non possit ciuitatis perditio ⁊c. sicut nec contra charitatem nolle mentiri/ vel adulterium perpetrare: cum alia via ciuitas nequit saluari q̄ mendacio vel adulterio: cum preposterum sit ⁊ iniquum vt alienis commodis nostrum crimen impendamus Ad Roma. iij. Non sicut blasphemamur ⁊ aiunt nos quidem dicere/ faciamus mala vt inde eueniant bona: ⁊ xlvj. dist. ca. fina. ¶ Ad primam confirmationem: nego minorem: immo celatio cōfessionis est bonū cōmunitatis ⁊ omnū hominū cū ex hoc sumāt audaciā cōfitendi: ꝙ refugerent ⁊ abominarent confiteri: vbi timerent peccata sua alijs fore ꝓpalanda. ¶ Ad secundā confirmationē nego cōsequentiā: nō em̄ licet vnicuiq̄ id facere ꝓ alio ad qđ illū nouerit obligatū. Nam si nouero ꝑetrū debere ꝑlatoni decē nec velle soluere nō ꝓpterea mihi licet ab eo capere ⁊ ꝑlatoni soluere Intelligo cū via iuris ab eo excuti possit: ꝓpē ſ. Si qs debitorē. l. Ait prętor ff. qui in fraudē credi. Similiter qs frequēter tenēt ferre ab alijs ⁊ alij facere qđ ei non licet vt maleficum qui sine scandalo vel periculo seruari nō pōt/ tenetur iudex occidere: cui tamen semetipsum occidere non licet: immo cōsimili casu vir ille qui sola via secreti ⁊ non ꝓfessionis nouit/ nō pt ꝓpter hoc pādere seu ꝓpalare cū vni iure credi nō debeat: nisi cōtra semetipm deponere velit. Et ergo nisi verisimile fuerit: ꝙ ei credēt: ⁊ ꝙ nō tantū mali sequetur ex secreti detectione quantū alias fiet eo tacente nō debet ⁊c. ¶ Ad tertiā confirmationem: nego consequentiā Et ad ꝓbationē nego assumptū. In multis enim factum requirit ⁊ non sufficit facti debitū Do clarum exemplū ⁊ quod nemo negare poterit. Consensus in vinculum matrimonij facit vt non fornicētur qui sic conueniunt: debitum autem consensus nō sufficit: ex quo hoc debitum nō facit matrimoniū: ⁊ omnis concubitus maris ⁊ femie extra legem matrimonij. fornicatio est. pone casum in terminis. ca. de eo ꝙ dux. in matrimo. quā ⁊c. vbi ecclesia decernit: ad petitionē dolosi non fieri diuortiū nisi mulier decepta petat. Similiter dispēsatio facit vt verba de presenti iter affines ⁊ cognatos tertio vel quarto gradu faciant matrimonium: debitum dispēsatiōis hoc non efficit. Itē relaxatio iuramēti p feneratorē facta debitoribus qui iurauerūt de vsuris soluēdis liberat non soluētes a iuro: nō aūt debitū relaxādi alioquin ad relaxādū frustra cōpelleret eos ecclesia. c. j. de iureiuran. Nec essent cōpellendi debitores reddere deo iuramenta sua: vt in. c. Debitores. eo. tit. Item interdū ex debito actus non eque occurritur siue obuiat scādalo: sicut ex ipso actu vt si qs verbonis occulti debitoris ⁊ dequo pbationes nō hz in manifesto seu palā sibūpsi pſolue re contenderit. Vnde quēadmodū in foro iudicij ita similiter quo ad occasiones scandali idē iudicium est de nō apparentibus ⁊ non existentib⁹. Et secus est qđ inducit de furto/ quia ibi sicut ꝓ necessitate cōceditur contractio alieni/ quia tunc debet consentire ita in illis similiter sufficit debit⁹ ꝓsensus: q̄ act⁹ elicit⁹ non interuenerit. Ex qua matima elicit non potest. vt vbicūq̄ actus releuaret sufficiat interuenire debitū act⁹. ¶ Ad quartam cōfirmationem: nego ꝓsequentiam Et cum probatur: quia duo vincula iuris nature: puta secreti ⁊ iuramenti: fortius vident stringere q̄ vnū: hoc admisso solum ꝓcedit quo ad ea q̄ sunt eozum materia. Jam vbi detectio est de tegētis saluti vel aliozū indēnitati necessaria non est materia secreti vel iuramēti de celādo/ ⁊ tamen eque est materia cōfessionis cum eque dicatur ꝓfessori vt Christi vicario. Et cum additur/ in sigillo ꝓfessionis nullum est vinculum nisi positiui iuris/ fateor ꝙ preter vinculum secreti confessionalis nullum est ibi vinculū iuris nature: sed hoc specie distinguitur a nudo vinculo secreti/ qđ sc̄z carens proprio nomine vtitur nomine generis. ¶ Ad secundum principale dico/ ꝙ non obstante iuramento tute debet dicere ꝙ nihil scit de veritate articuli: quia intelligitur de sciētia ex qua ei liceat reuelare. Et certe qđ plus limitat/ intelligit de scientia ex qua teneat ad inquisitionē iudicis deponere. Vñ in iure occulto: quia nō tenēt semetipsum prodere aduratus potest secūdū oēs doctores respōdere: ꝙ nihil de facto illo nouit: vel certe ꝙ nō fecit: quia itelligit sub limitatione dicta. Huius simile inducūt doctores Joā. vij. dicit saluator. Vos ascendite ad diē festū hunc/ ego enim non ascendā: qz nondū tēpus meū est impletū/ intelligēs hoc i aperto/ vel potius vt Lyra exponit: quo ad primos dies quibus populus magis epulis vacabat/ quia vt eo c. legitur. post ascendit ⁊ docebat in templo. Et cū finaliter replicat/ sacerdos deponēs se hoc audiuisse ex illo/ dicit vez. ergo cū impossibile sit ꝓtradictorias simul verificari dicens oppositum mētis/ vel admin⁹ dicit falsuz Respōdeo ū sacerdos illā affirmatiuā intelligeret sub ea limitatione qua debet primam intelligere/ videlicet ꝙ audierit notitia qua debeat vel possit pādere falsū dicit. Et nisi in eis fiat ꝓsimilis limitatio: vt nō plus subijciatur vel pdicēt in vna q̄ in altera: manifestū est ꝙ impedit unā a ꝓtradictione. ¶ Ad cōfirmationē inductā: ꝙ confitens eque audit vt deus in cōfessione/a sacerdote sicut sacerdos a cōfitente: ⁊ potest licite reuelare ⁊c. dico post dūm ꝑet. de ꝑalu. ꝙ cōfitens tenēt celare quecūq̄ sunt contra honorem vel bonum confessoris: sicut econtra. vnde confitens peccat referēs consilium sacerdoris vel penitentiam: cum ex hoc ri sui exponitur vel periculo, vel dico planius/ tenetur tacere in relatione ad confessorē quicquid intelligit tanq̄ secretum sibi dici in confessione/ sicut econtra sacerdos/ secus in alijs. ¶ Ad tertiū principale/ nego consequentiam. Et cum prima probatur ꝙ constringeretur ad peccandū/ dico ꝙ abbas tenetur ex quacūq̄ alia causa honesta eum ad manasterium reuocare obuiando suspitionibus q̄ cōtra monachum subiri possent de crimine. Q: si omnino contendatur casum dari posse vbi monachum reuocare non possit/ quin alij certo credent ꝓpter crimen ⁊ indignitatem hoc fieri/ dico ꝙ indubie potest in administratiōe cure vel officij periculum illi monacho imminere/ qui ⁊ dignus est: ⁊ nullū adhuc crimen admiserit. Ygit credulitas vel suspicio illoz marie posit⁹ plat⁹ eis dederit alias causas in huiusmodi sepe occurrere q̄ indignitatem pſone: ꝙ q̄s ꝓpterea nil debeant sinistri contra illum suspicari ex futura officij vel cure dimissione: potius ascribenda est illozū malitie ⁊ p occasionem acceptam non datam. Et vbi omnino contenderis possibilitatem casus: dico ꝙ vbi prelatus periculis occurrere non potest nisi per reuelationem confessionis verbo vel facto censet omnino non posse: quia non potest iure: sicut vbi alias non potest nisi per fornicationē vel mendacium. ¶ Ad secundū dico similiter: ꝙ ex cōfessione potest intellexisse periculū saluris ei futurū vel subditis sine istius culpa: vel ꝙ nō poterit ferre laborem tāte administrationi debitos: vel non diu intendit illi prēesse: ⁊ sic de alijs multis: que intercurrere poterūt ꝙ vir ille grauis cōfessione illius audita mutet sententiā de eligēdo. ¶ Ad tertiū de curato: respondeo. sicut occulto peccatori vel excōmunicato petenti in publico sacramētū eucharistie sine scrupulo peccati ministrat: ita in proposito istos matrimonaliter cōiungere potest ⁊ debet: nec ex illa cooperatione intelligit consentire peccato: cū illam adhibeat inuit⁹: ne alios negando scandalizet vel detegat confessionem. ¶ Ad quartū hoc casu: vt ex prioribus patuit: licite immo ex debito omittit illius peccati saltem specificam confessionem: quia preceptum confitendi quod est positiui iuris: cedere habet fortiori vinculo: cuiusmodi est sigillum confessionis: sed debet confiteri ꝙ indiscrete et perperam sacramētum absolutionis administrauit: quod accidisse potest alias q̄ absoluēdo eum quem nō potuit. ¶ Ad quintum: q̄ q̄ Scotus distin. xxj. iij. multum laboret extricare difficultatem argumenti: qz multis alijs occasionibus potest sacerdos diuertere: recitādo sentētiam eoz qui dicunt: vbi aliter declinare non possit nisi eis patefieret: debet nemus ingredi ⁊ subire martyrium ne confessionem reuelet. Et vltimo: ꝙ illud factum non est de se propalatiuum confessionis: mihi videtur labor superuacu⁹: quia non ducit in illorum notitiam crimen quod vtiq̄ prius et tunc sciebant: sed solam penitentiam confitentis seu ꝙ sacramentum detexerit propositū factionis male in quo ꝓfitentis famam nō ledit: sed potius honorem auget. ¶ Ad sextum respondet Scotus: ꝙ capitulum illud non loquitur expresse dum quis nouit per confessionē vel viam secreti commissi: sed primarim i. sic. Iste scit ꝙ communitas nescit vel credit communitatem nescire/ tunc enim dz priuatim vitare eum. Nec mirum: qz non est ei debitor vt secreti. Si petas quid faciet sciēs per cōfessionē. Respondet: si potest alia via cum vitare non pdendo excommunicationem dz eum vitare: sinautem/ nō solum non dz: immo nō licet ei talem vitare: qz talis vitatio est iuris positiui ecclesie tm̄: nō prodere autem legis nature et positiui iuris diuini et ecclesiastici. Quādo autem precepta videtur inuicem contraria quod superius est obligat magis: ⁊ ideo seruandum est: nec peccat si ex hoc aliud omittit: qz nullus ex diuina lege ⁊ ecclesiastica est perplexus. ¶ Sed hec solutio etsi colorata videatur in multis deficit. Primo qz dicit: dum quis solus nouit alterius excōmunicationem non p viam confessionis vel secreti commissi: q illū teneatur coram alijs vitare vt verecundie ⁊c. quod falsum est. Quando enim solus viderit alterius peccarum: non potest illum infamādo alijs prodere etiam ad illius correptionem: sed debet alia via eum corrigere si potest ⁊c. minus ergo de excommunicatione. Hec tex. vult: q̄ cum vitare debeat coram alijs sed priuatim Et certe ex tali vitatione pernicum solitarie suffunditur sepe verecundie rubore: quod Scotus minime attendisse videtur: ⁊ nōnum q̄ facilius reducatur q̄ si publice corrept⁹ cum fama simul pudorem perdat ⁊ verificetur quod ꝓpheta exprobat. Frons mulieris meretricis facta est tibi: noluisti erubescere. Ieiere. iij. Secundo peccat in eo ꝙ dicit scientē per confessionem obligatum vitare illum excommunicatum coram alijs si potest non prodendo confessionem: quod falsum est: quia vndecunq̄ nouerit per confessionem vel alias non tenēt cum nisi in priuato vitare: in publico autem ⁊ coram alijs nō tenetur q̄ diu ab ecclesia toleratur. Aliter ergo respondeo ad argumentum: ꝙ priuatim vitando illum nō prodit crimen eius vel excommunicationem quia non coram alijs. sed solitarie eum vitat immo volunt doctores: si quis scit aliquem publice excōicatum non tenēt illum in alia prouincia vitare in qua illud latet: quoniā desunt huiusmodi probationis cause ob quam illum vitaret: puta excommunicationis. sed de hoc postea disseram.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex dictis emergit aliud dubiū: an sacerdos audiens in ꝓfessione qđ per aliam viam prius nouit teneat̃ celare ac si sola via ꝓfessionis cognouerit Et videt̃ q̄ sic: quia indistincte ꝓceptū est: ne sacerdos verbo/ signo/ aliquo modo aliquatenꝰ ꝓdat peccatorem. Et decreuit ꝯcilium generale ꝯtra facientē a sacerdotali officio deponendū ac ad agendū perpetuam penitentiā detrudēdū. ca. Omnis de pe. ⁊ re. ergo non est per nos distinguendum hoc an via confessionis tantum nouerit vt Augu. docet tractans verbum apostoli quo ad secundas nuptias Qꝫ si dormierit. ⁊ ponitur. xxj. q. j cap̃. fina.

¶Preterea/ cuius alia via nouit eque reuelat sacerdos confessionem detegens crimen confitentis/ cum illud peccatum sit confessio illius/ sed reuelare confessionem est in se et per se malum. ergo. ¶Tertio. sacerdos inquantum nouit vt deus tenetur tacere: inquantum vt homo potest indicare ei qui potest ꝓdesse. ergo iste due notitie habent oppositas conditiones. Sed quotiens opposita sunt circa idem necesse est q̄ alterum vel vtrunq̄ cadat a sui ꝓprietate. Et quod maius fuerit dominatur supra minus: ⁊ dominando vincit: sed notitia qua cognoscit vt deus/ est simpliciter maior. ergo tenetur illam sacerdos sequi: ⁊ per consequens tacere. ¶Quarto. quia si ponatur licere fieri hominibus odiosa confessio: et retrahentur a confessione: cui occurrit̃ per sigillum secreti confessionis. Sequela patet: quia scirēt sacerdotes cum voluerint malignari impune confessionē reuelari posse fingēdo solum q̄ alia via nouerint. Et hic potest alia ratio formari. vbi eadem est ratio idē est ius: ꝫ causa finalis ⁊ ratio quare sigillatur ꝓfessio est: ne fiat hominibus odiosa ⁊ retrahant a cōfessione: cum ergo eadem ratio cōcurrat vbi etiam alia notitia nouit: oportet ⁊c. ¶Quinto sigillū ita connexum est confessioni: vt quisq̄ in eo/ q̄ audit cōfessionē sese obliget ad seruandū hoc secretū: sed q̄ sciens aliq̄d: post ꝓmittit referēti q̄ nūq̄ dicet: tenet celare ergo similiter dum post ei refertur in confessione.

In contrarium arguitur ex quinq̄ hȳ potheſibus per se notis: ⁊ que cōmunes animi cōceptiones esse videntur. ¶Prima. nihil statuēdū est neq̄ seruandum in ꝓiudicium veritatis. ¶Secunda fraus ⁊ dolus nemini debet patrocinari.

¶Tertia nullus ꝓ alio tenetur mentiri. ¶Quarta. nullus sciēter se reddit impotētem ad id ad quod tenetur sine mortali peccato. ¶Quinta. nihil debet statui vel seruari vnde innocens posset rationabiliter accusari ⁊ condemnari ⁊ de peccato scandalizari. ¶Ex prima arguitur. Cū confessor ꝓductus fuerit in testem contra confitentem: si non potest deponere super veritate quam nouit: latebit veritas: ⁊ regnabit falsitas. ¶Ex secunda. vbi quis furatus est calicem ecclesie vidente sacerdote: ⁊ ne possit ꝓdi confiteatur sacerdoti: hoc casu/ si ex confessione sigillatur totum: dolꝰ ⁊ fraus suffragabitur huic cōfitenti ¶Ex tertia. Sacerdos ꝓductus in testem iurat deponere veritatem: si ergo interrogaretur de eo quod nouit alia via a confessione: ⁊ teneatur dicere q̄ nescit: obligatus erit mentiri. ¶Ex quarta arguitur. Sacerdos qui vidit ꝓximum peccantem: ⁊ non ꝓficeret per semetipsum corripiendo: teneatur ex charitate ⁊ diuino iure indicare illi q̄ potest ꝓdesse ⁊ non obesse: sed nulli licet per suum actū se reddere impotentem ne impleat dei ꝓceptum: ergo non posset illius confessionem audire sine mortali pctō ante denunciationem: quod videtur absurdum ⁊ improbabile. ¶Ex quinta arguitur. Sint quattuor ambulantes per viam: vnus peccat in conspectu omnium scilicet Petrus: qui ⁊ confitetur vni alio/rum trium: ꝓlatus inquirit de crimine illo: ⁊ duo deponunt Petrum fecisse in conspectu omnium: cōfessor etiam per ꝓlatum adiuratur vt deponat veritatem. Si dicat se non scire: videtur alieno crimini fauere: ⁊ poterit ex duorum testimonio rationabiliter eum punire ꝓlatus de inobedientia. ¶Forte dices: poterit sacerdos euitare difficultatem ꝓtestando q̄ non accepit sub sigillo confessionis. Contra vel hoc ꝓtestabitur ante confessionem auditā vel post. Quod ante/ non videtur: quia nescit quid sit ei dicturus: nec post: quia post cui confessio est audita sigillum habuit ⁊ per suam ꝓtestationem infringere non potest. Iterum sic. quilibet sacerdos posset dicere cōfitenti nolo illud sub sigillo accipere. Esto etiam q̄ obliuiscatur illud dicere ⁊ habeat in corde cuius non in ore: videtur eque non obligatus tacere acsi in ore exꝓessisset.

Quo ad hanc materiam sūt due opiniones que vt recte affirmat Beatus Tho. xxj. distinc. iij. questi. vlti. Dum nimium tribuunt sigillo: ꝓiudicium veritati faciunt ⁊ iustitie. ¶Prima quod nouit quis per confessionem: reuelare non potest: siue ante siue post: siue etiam aliam eiusdem facti acquisierit cognitionem: quia est pars confessionis: ⁊ ideo reuelari non potest quin fiat ꝓiudicium sigillo. Hanc positionem sequitur absurditas: si episcopus audiuit confessionem adulteri qui post cōa eo accusatus per legitima documenta conuincitur: non posset per episcopū iudicari ex actis ⁊ iuxta crimis exigentiā puniri de adulterio. ¶Secūda opinio est. Si nouit ꝓius sacerdos alia notitia et audiuit in confessione: ꝓior notitia sigillatur. Secus si post aliam notitiam acquirat. Hanc sequitur consimilis absurditas: vbi sacerdos ꝓius vidit Joannē fornicari post cōfessionem auditam non posset cum aliꝭ conferre de Joannis fornicatione: ⁊ asserentibus illis: q̄ in loco sacro actum sit: non posset dicere q̄ in loco orphano actum sit. ¶Reiectis igitur illis opinionibus: tertia est eligēda videlicet. Cum nouit alia cognitione seu notitia cui per confessionem potest immo frequenter tenetur ne veritati ꝓiudicet secundum illam notitiam reuelare: seruando semper secretam cognitionem confessionis. Et certe cōfessio sigillat solum peccata secundum notitiam acceptam in confessione. Huius simile est. ꝓhibemur iudicare ꝓximum ex suspitione seu coniectura: nihilominus si ꝓter coniecturas quis videt clare crimen ꝓximi: licite ipsum iudicat: non quidem ex cōicruris: sed ex scientia. Et certe vt in ꝓposito scandalū vitet/ dz causam sciētie exprimere: dicēdo vidi ipsum in tali loco faciētē: vel audiui eū illis dicētē: ne audientibus veniat in suspitionem q̄ ex confessione audita aliquid ꝓdere velit. Et dicit Alexander de Hales. iij. parte. q. lxxviij. arti. vlti. q̄ potest sacerdos hoc mō reuelare pctm: quantum ad obligationem necessitatis: sed quantū ad decentiā honestatis non potest: nisi vrgente causa rationabili: quia non decet sacerdotem loqui de peccatis alicuius in speciali exprimēdo personam: ne quia sacerdos est/ ꝓsumat̃ q̄ illud audierit in confessione tum quia si dicatur cum determinatione q̄ extra confessionem dicatur occasio seu malitia vt verbis eius vtar inquirēdi: an etiam recognouerit in confessione. Bonauentura: ne post scandalizetur penitens: credo inquit q̄ de bono ⁊ equo magis dz celare sacerdos cui vnus alius. Et propter idem debet ꝓtestari apud penitentem q̄ non teneatur celare: non q̄ illa ꝓtestatio faciat ius reuelandi: sed q̄ ꝓximo aufert rationem scandali debet enim permittere se cogi ad dicendum Cogitur autem siue quia ſitati generatur ꝓiudicium siue per mandatum: ⁊ extunc potest dicere absq̄ remorsu cum magna enim maturitate reuelandū est alienum peccatum etiam vbi non est annexum sigillum confessionis.

Ad rationes ante oppositum. Ad primū dico q̄ ꝓhibitio illa ꝓcedit solum quo ad notitiam acceptam per confessionem. Et cuius exꝓesse sic non limitat: nihilominus quia indistinctionem seu vniuersalitatem sequitur absurditas: videlicet q̄ cōfessor non posset ex actis ante vel post cōa eo ꝓductis super crimine quod in eius confessione audiuit sententiā ferre: ratio ipsa sufficienter restrin⁊ limitat. In tex. vero apostoli de quo Aug. arguit paritas est in omnibus: nec ratio distinctionē aliquā parit. ¶Ad secundum simili modo non raulat confessionem: nisi ex confessionis notitia aliquid detexerit: hoc est enim reuelare cōfessionem vt confessio est cuius reuelat aliquid quod etiam est materia confessionis. Ad tertium dico: q̄ iste cognitiones nullam habent adinuicem oppositionem: sed sunt disparate secundum diuersa media inexistentes eidem. neq̄ inferunt opposita de subiecto non esn sequitur: non potest reuelare ex notitia confessionis: ergo non potest reuelare: sicut non sequitur: iste iudicare non potest ex leui coniectura quam simul habet cum scientia ergo nec ex illa scientia ¶Ad quartum nego sequelā Et ad ꝓbationem dico: q̄ hoc querentem remedia salutis retrahere vel deterrere non dz a confessione cum alias maliuoli contra insontem eque crimen cōfingere possent nunq̄ auditum in confessione vel extra misericordia domini temperatur malitia sacerdotum ne tam infandum crimen pertentent. Et ita non occurrit causa finalis sigilli seu secreti confessionis Si omnino contendas aliquos posse scandalizari: ex dispositione super veritate per sacerdotem. respondeo: vtilius scandalum nasci permittitur: q̄ veritas vite relinquatur: iuxta verbum Bede i regula Qui scādalisauerit. sed dz sacerdos quantum potest illi occurrere ostendēdo q̄ inuite deponit ⁊ coactꝰ quoniam ex notitia quam habet vt hō tenetur iudici ⁊c. ¶Ad quintum falsum est q̄ ad iussum superioris secundum iuris ordinem: non teneatur reuelare immo ad hoc nec ꝓmisso: nec iuramento se astringere potest cum nequeat vinculū esse iniquitatis: immo nisi aliter conueniat committens quasi secretum ⁊ fusciens q̄ de tacendo: quod dicturus est intelligitur de eo quod de sua relatione solum addisceret: vt effectualiter limitetur ad notitiam acceptam committente vt ex illa non possit reuelare. Et sic in ꝓpositō obligatur sacerdos nihil dicere ex cognitione accepta per confessionem: quod non est contra determinata.

Olim in superioribus actum est de confessione que clauibus ecclesie ministratur: consequenter de ipsis clauibus agendum est. Primo an sint date ecclie ⁊ ad quid. Secundo quid possint in foro conscientie. Tertio quid in foro iudicij.

Ad primū videtur q̄ nō sint date claues ecclesie sacerdotibus. Primo. Quia ostium regni celorum apertum est: illud namq̄ aperuit dominus in passione: ⁊ nemo claudere potest. Unde super verbo ꝓphete Esaie. xxij. Et dabo clauez domus Dauid super humerum eius: et aperiet: ⁊ non erit qui claudat: ⁊ claudet: ⁊ non erit qui aperiat. dicit. glo. quod in passione reserauit/ claudi non potuit: quod in cerimonijs clausit: nemo aperiet.

¶Preterea Christus ipse est ostium. Jo. x. Ego sum ostium: si quis per me introierit saluabitur ⁊ ingredietur ⁊ egredietur ⁊c. Sed istud ostium semp apertum est dicit enim Joan. vj. Omne quod dat mihi patet ad me venit: ⁊ cum qui venit ad me non eijciam foras. Et Apoca. iij. Hec dicit dominus sanctꝰ ⁊ verus qui habet clauem Dauid qui aperit ⁊ nemo claudit ⁊c. Et Apoca. j. Ego sum primus ⁊ nouissimus: ⁊ viuus: ⁊ fui mortuus: ⁊ ecce sum viuens in secula seculorum: ⁊ habeo claues mortis ⁊ inferni sed nihil dat dominus siue author nature frustra. ergo non sunt date ⁊c. ¶Preterea clauem mortis ⁊ inferni Christus sibi soli reseruauit. ergo a minori ⁊ clauem regni celorum: ⁊ per consequens nō dedit ecclesie. prima cōsequentia tenet: quia minus est habere clauem mortis cui vite. ¶Preterea secundum August. charitas ecclesie est que dimittit peccata ⁊ sine hac non dimittuntur peccata. Hec enim est immediatissima causa dimissiōis: ⁊ que nullo modo cōpatitur peccatum. ergo non opus clauibus ꝓ remissione peccatorum.

Ad oppositum est ꝓmissio salvatoris Matthei. xvj. Tibi dabo claues regni celorum: quodcunq̄ ligaueris super terram ⁊c. Item Joan. xx. Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata ⁊c. Additur persuasio Decet terrenum regem vt claues portę seu ostij suis ministris cōmittat: sed multo liberalior est rex celestis. cui ministris suis claues regni sui committere debuit ¶Respondeo nomen clauis transfertur ad spiritualia ob similitudinem aliquā cū claue in corporalibus. In corporalibꝰ autem clauis est instrumētum quo amouetur obstaculum impediens apertionē ostij si non/ nunq̄ ponit seu obfirmatur ostaculum. Et cū in spiritualibus reperiatur obstaculū ingressus ad regnū celorum virtꝰ amouens illud clauis appellatur per quam scilicet reseratur vel obseratur ostium.

Est aūt triplex obstaculum: et pariformiter triplex clauis differens gradu ⁊ dignitate vt dicit Bonauentura xviij. dis. iij. post Hales. iij. pte. q. lxxix. membro primo. ¶Est obstaculum vnum debitum peccati mortalis commissi: ⁊ hoc solus dꝰ amouet: qz per culpe deletionē: ⁊ cui potestas hoc remouens est potestas diuina: ⁊ vocatur a qui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

busdam clauis authoritatis ¶ Secundum obstaculum est debitum peccati contracti: & illud est debitū solutionis pretij: & hoc solui per eū potuit: qui potest & satisfacere: cuiusmodi fuit solus Christus. Et hanc vocant clauē excellentie. ¶ Tertium est obstaculum peccati dimissi: quia post dimissionem culpe manet nihilominus debitor temporalis pene/ & hoc amoueri potest per euz cui tarare penā commissum est cuiusmodi sunt ministri Christi: videlicet sacerdotes. Et hec potestas vocatur clauis ministerij.

Et de hac clauc dictum est Petro: tibi dabo claues regni celorum: & in Petro omnibus sacerdotibus quibus in ordinatione datur spiritussanct⁹. vt quorum remiserint peccata ꝛc. Nec dubium est fidelibꝫ quin virtute clauium abstergi & remitti possit pena talis partialiter: an vero etiam eterna ministerialiter & ipsa culpa in dubio est & conflictu doctorum.

Ad rationes ante oppositum. Ad

primā Aperuit ostiū in sua benedicta passiōe quo ad ꝓtij solutionem: sed tamen in nobis est obstaculum culpe vel reatus quod per clauem amouetur & simul virtus passionis eius nobis communicatur.

¶ Ad secunda in: quia ostium dicitur via per quam ingressus est in domum. Etiam dicitur obstaculum quo arceamur ab ingressu. primū ostium: quia Christus est/ semper apertum: non autem secundum: & illud aperitur seu amouetur clauibus ecclesie.

¶ Ad tertiam Christus habet claues authoritatis mortis & inferni vt deus: potest enim animam perdere & mittere in gehennam: ac ibi includere: vel cum placet liberare ab inferno in dimittendo culpam. Quo ad perditionem autem non operatur ecclesia ideo non oportet si clauem mortis non habet: q ergo nec regni. vel dicitur q ecclesia quo ad infernum etiam habet claues ministerij: quia temporaliter includere potest. Et certe habet claues inferni ac mortis eterne iudiciaria potestate declaratiue iudicando scilicet ex his que ad suum tribunal deducunt: alicui damnandum & apud inferos perpetuo includendum secundum merita & qualitates tunc existentes: qđ alij dicunt secundum presentem iustitiam.

¶ Ad vltimam charitas ecclesie dimittit peccata impetratorie & merito: sed id facit vt vult Wales mediantibus clauibus non probat ergo quin claues date sint a christo ecclie Vel dr q claues quodāmodo efficienter mediante sacramento dimittūt pctā. Claritas autem ecclesie impetratorie & per vim meriti.

Secundo videdū est que

sint iste claues regni celorū. Et dico breuiter q sūt clauis scientie & clauis potestatis Clauis sciētie est clauis discernēdi inter lepras & lepras. Inter lepras & nō lepras. i. iter pctm̄ & pctm̄: & inter peccatū & nō peccatū. Et non dicit clauis sciētie intrāsitiue: quasi scientia seu peritia discernendi nā illa multi nō sacerdotes pollēt. & plures ex sacerdotibus non habēt: cum iste claues omnibus & solis sacerdotibus cōueniant Ex hoc patet cuius alicj sacerdotum scientiam nō habent seu habitū vel actum discernendi super qualitate peccati: habent tamē clauem scientie: q authoritatem seu facultatem authoritatiuā cognoscēdi sicut in ciuilibus iudices imperiti Et ꝯꝯ docti non sacerdotes habent peritiam seu scientiam discernendi: quia tamen authoritatem non habent cognoscendi in foro penitentie: clauem scientie cē sentur non habere. Verum he claues doctis solum nō imperitis credi debent: cum omnis authoritas omne officiū ijs solum cōmitti possit: qui ad hoc sūt qualificati: vt spes sit q digne & sine errore exequentur: alias est gladium deponere ad manū furiosi. Clauis vero potestatis est facultas soluēdi & ligandi: nam post cause cognitionem in foro anime quod fit per clauem sciētie: restat diffinire seu sentētiā in negotio ferre quod fieri habet per clauem potestatis: sicut in foro exteriori instructo ꝓcessu apd eū qui authoritatē habet cognoscendi per sententiā diffinitur seu terminatur absoluendo vel cōdēnādo negotiū. Has duas claues notat August. & post eū glossa interlinearis. Joan. secundo. Quorū remiseritis. i. quos dignos remissione iudicaueritis duabus clauibus potestatis & discretionis remittuntur: ꝛc.

Obicies fortalle. In foro penitē

tie sacerdos nulli claudit regnū celorum: ꝯ iste non sunt claues de quib⁹ locutus est dominꝰ cum eque ponat de ligādo seu claudēdo sicut ꝛc. Antecedens patet: nō claudit absolu ēdo: quia per absolutionem potius aperit: nec cognitionē seu examē & informationē sumendo de peccatis qb⁹ duob⁹ actib⁹ cōplexotū negotiū fori penitentie: ꝯ Si dicas q innuendo penitentiā ponit obstaculū penitenti quo minꝰ cuolare possit in celū: & in hoc ligat & regnū celoꝝ claudit. Cōtra: nihil iniungit qđ nō sit a penitente alias debitū pro peccato. Ponam⁹ cūm penitētē cui iniūctū est ieiunare trib⁹ sextꝫ ferijs decedere priusq̄ illi aduenerint: non punietur eo q nō ieiunauerit sed solum pena temporali in purgatorio cuius debitor fuerit ꝓ peccato. Et sic pententia per sacerdotem iniuncta non retardat a gloria. ¶ Preterea videtur q ecclesia non possit aliqua claue vti ad claudendum. Primo quia claues date sunt ad nostram vtilitatem: ſz nulla potest hominꝫ vtilitas esse in hoc q ei regnum celorum claudatur. Secūdo quia sacerdos peccat claudendo alicui regnum celorum. Juxta illud Matth. xxiij. Veh. vobis scribe & phariseꝰ hypocrite: q clauditis regnum celorum ante homines vos autem non introitis: & non sinitis introeuntes intrare: Et videtur directe cōtra charitatē proximo debitam cui inimico & odienti nos benefacere & etiam ꝓ eo orare tenemur. Matth. v. vt illi regnū celorum claudamus.

Ad primū respōdēs nego antece-

dens Et ad probationem: q inter sumendum cognitionem de peccatis sacerdos de multꝫ hꝫ iudicare q sint mortalia: & q ex illis ꝓfitens damnabilis est ac damnabitur si nolit abstinere: & tali iudicio claudit ei regnum celorum declaratiue: demonstrando scilicet regnū celorū ei sic qualificato esse perpetuo clausum. Etiā quosdam confitentes vel quia non penitent seu dolent: vel q nō proponūt cauere in futuꝝ sacerdos dimittit nō absolutos: negando ob indignitatem absolutionē declaratiue ꝯꝯ non efficienter claudit regnū celorum. ¶ Si dicas. hoc vir doctus extra cōfessionē melius faceret ꝯ sacerdos: cum sit eruditionis & scientie inter peccata iudicare posse & discernere. Respondeo: multo securius est spectare hoc iudicium a sacerdote in confessione ceteris paribus ob duas causas. Prima est: quia hoc est sacerdotis propium officiū seu ministerium: & vnicuiq̄ magis credit in ministerio dignitatis ei credire dominus assistere si non per suam culpam dei gratiam

repulerit adiutricē: qđ ex eo colligit q etiā nec malos in exercitio dignitatis oīno deserit: vnde de cayphalegif. Cū esset pōtifex anni illi⁹ ꝓphetauit & ci Jo. xj. Scda causa est de parte ꝓfitentis: q humiliter subijciens se clauibus eccl'ie & sacramentis meretur a dño dirigi: q̄ aūt superbe et cōtumaciter de se presumūt a dño repellunt: iuxta illud. Scōm iniq̄tatem interroganti inīq̄tas ꝓphete erit. Ezechiel. xxiij. Et preter hec etiam pōt dici. qđ in argumento assumit sacerdos ligando ad penam talem: claudit rēpotaliter penitēti regnum celoꝝ. Ad improbationem dico: q nōnunq̄ ad cautelam imponit ꝓfitenti penitentiā: & illam preseruatiuā eque vt curatiuam siue satisfactoriā tenetur penitens implere. Et cum obijcitur casus decedētis ante diem quo ei fuerit indictum ieiunium. dico q intentio sacerdotis non est grauare penitētis cōditionem/ sed eius vtilitati pie & misericorditer consulere. Intelligitur illud iniunctum si vita comes fuerit. & certe viuens teneretur implere: q̄ꝯ feruore cōtritionis a deo fuerit ab omni reatu pene gehennalis absolutus.

Forte queret curiosus indagator

Quid si per negligentiā nō impleuerit viuēs: an etiā in purgatorio ꝑter penā rīdētē sue inobedientie: etiā soluere habeat penam illi ieiunio iniūcto parem seu ꝓportionatam Et dico q sic quemadmodū si voto ad ieiunium se obligauit. Vel vt clarius ponā ad certam in pauperes eleemosynam nō solū exigetur voti transgressio sed et ieiunium seu eleemosyna debita. Non enī qz votum ꝓtemnit vel negligit ab eleemosyna absolutus fuit: nec sacerdos ei nocuit iniungens sed ipse sibi iniunctum negligens vt in alijs non ipse vouens/ sed post transgrediens votum peccauit.

¶ Ad scōm principale. quēadmodū in corporalibus expedit ligari quibusdam infirmis: vt freneticis paralyticis/ & vulneratis mediante emplastro: ita debilibus in anima expediens est quedā ligatura que vel curet vel fortificet vel seruet: per hanc tamen ligaturam nō claudit regnū celoꝝ penitenti etiam tēporaliter si non hoc mereatur sua culpa. Ad id qđ ibi secundo obijcitur: illi claudebant deprauationē morum perdite vite exemplo hoīes corrumpendo: et a vera fide impediēdo. sacerdos ligatura salutari temporaliter claudit vt perpetuo apertū sit: & ita in sua clausione beneficium exhibet.

Secundo principa

liter inquirendū: an claues ecclesie facultatem habeāt amouendi obstaculum mortalis culpe & reatus eterne pene. Et qz circa hunc articulum doctores admodum varij sunt: recitabo cuz suis motiuis opiniones extremas: post decidendo via media incedam. ¶ Prima est opinio magistri dist. xviij. iij. q deus per seipm hominem interius mūdat a macula pcti: & a debito saluit pene eterne: qui per pphetam ait. Ego solus deleo iniquitatis & pctā populi: vt vult inducere illud Esaie. xliij. Ego sum ego suz qui deleo iniquitates tuas ꝓpter me & pctoꝝ tuoꝝ nō recordabor. ¶ Item scđo. Augustinus ꝓtra Julianū. Nemo tollit pctā nisi solus deus qui est agn⁹ tollens pctā mundi: tollit autē & dimittēdo q facta sunt. & adiuuando ne fiant: & producendo ad vitam vbi oīno fieri non possunt. ¶ Preterea tertio. Eius est pctā dimittere cui⁹ est regere: vñ pphera. Vri quorū remisse sunt iniquitates: & quoꝝ tecta sunt pctā. ps. xxxj. sup quo Augu. quoꝝ tecta sunt pctā i. coopta & abolita. Si enī texit de⁹ pctā noluit aduerte re: si noluit aduertere: noluit aīaduertere. i. punire: sed ignoscere: ergo dei est regere & per ꝑns remittere ¶ Quarto ꝓbat hoc rōne: nemo compungit vere de pctō habens coz cōtritū & humiliatū nisi in charitate: qui aūt charitatem habet vita dignus est: & a debito eterne mortis solut⁹: ex quo filius ire esse desijt: ergo postmodum per sacerdotē cui confitetur ab ira eterna non liberatur: a qua per dñm solutus fuit ex quo dixit cōfitebor Jn effectu arguit: sacerdos solum potest cōtritum absoluere eum videlicet qui vera cordis compūctione ad deū cōuertitur: de quo pphera. Dixi cōfitebor aduersum me iniustitiā meam dño: & tu remisisti impietatem peti mei. sed ille a culpa liberatus existit & solutus a pena saltem eterna. ergo ¶ Quinto idem ꝓfirmat suīa Ambro. Verbū dei dimittit peccata: sacerdos est iudex: sacerdos q̄dem officium suum exhibet: sed nulli⁹ potestatis iura exercet. ¶ Preter hec possunt adduci quedā alia media. Luce. v. Et cum diceret dominꝰ paralytico: homo remittuntur tibi peccata tua/ cogitabant pharisei & scribe: quis est hic qui loquitur blasphemias? quis potest peccata dimittere nisi solus deus Quod Beda tractās dicit perfidiam veritati testimonium attulisse: sed credere propter perfidiam nō potuisse supponens eos recte iudicasse: & propterea Christū debuerint deum esse credidisse. ¶ Preterea Hieronymus tractās illud/ tibi dabo claues ꝛc. Jstum locum epi et presbyteri non intelligentes: aliquid sibi de phariseorum assumunt supercilio: vt vel damnent innocētes/ vel soluere se noxios arbitrentur: cū apud deum non sententia sacerdotum: sed reorum vita queratur. Legimus in Leuitico de leprosis vbi iubētur vt ostendant se sacerdotibus/ & si lepram habuerint: tunc a sacerdotibus immundi fiant: non quo sacerdotes leprosos faciant et immundos: sed quo habeant notitiam leprosi et non leprosi: et possint discernere qui mundus & qui immūdus sit: quomodo ergo ibi sacerdos leprosum immūdum facit: sic & hic alligat vel soluit ēpus vel presbyter: non eos qui insontes sunt vel norij/ sed pro officio suo cum pctoꝝ audierit varietates scit qui ligandus quive soluendus: ergo sacerdotis officiuz est declarare: nihil autem quo ad culpe/ vel damnationis remissionem facere.

¶ Octauo adduco ad hoc achilem. pari modo cōcessit deus sacerdotibus ligare et soluere: premittit eū ligare priusq̄ dicat de soluere: sed certum est et omnes confitentur sacerdotem non posse ligare ad eterne dānationis penā vel mortem anime efficiendo: sed declarando ergo ꝛc. hinc glo. sup illo Joā. xj. Prodeūte Lazaro qui adhuc ligatus erat manꝰ & pedes instirtis precepit iesus discipulis vt soluerent. dum peccatoꝝ ꝓtemnit sepultus iacet: quādo penitet surgit: quando ꝓfitetur prodit. quasi de occultis ereūdo manifestus sed adhuc ligatꝰ: & dicitur ministris: soluite eum & sinite ꝛc. vnde que soluerit; super terraz ꝛc. Et alia glo. in verbo soluite. Christus per se viuificat intꝰ ministris tribuit potestatem soluēdi.

¶ Alia est opinio Hugonis de sancto Victore lib. ij de sacramētis. parte. xiij. c. viij. qui ꝑdictam opinionem reprobās dicit. Sed fortasse qui hoc de absolutiōe pctoꝝ dicūt quomō quisq̄ pctō ligē non satis

Universidad de Deusto
Biblioteca

attendunt diligēter: duobus cū modis peccator ligatus est/ligatus est obduratiōe mentis: ligatus est debito future dānationis. Quādiu enim gratia dei cum homine est: solutus est hō ⁊ ad bene operandu expeditus. Sed cum per petrū gratia dei subtrahit/statim ipsa sua obduratiōe mens intrinsecus obligatur. Ista obduratio siue excecatio mētis interiores tenebr sunt: a qbus nisi hō solutus fuerit in hac vita postmodum ligatis manibus ⁊ pedibus in tenebras exteriores proijcietur. Sed qz nemo sua virtute post ruinam peccati surgere valeret: nisi diuina misericordia gratuito preuemens eum suscitaret: ideo necesse est vt gratiam suam quam peccātibus nobis iuste subtraxerit: quando ad penitētiam viuificandi sumus: sola misericordia nullis nostris precedētib meritis reddat: quatenus ipsa gratia aduentens cor nostrum a torpore infidelitat: ⁊ a peccati morte exsuscitet. vt sc dum sola primū operante ad penitentiam compuncti a vinculis torporis absoluimur: et ipsa postmodū cooperāte penitētes a debito damnatiōis absoluti mereamur: quod significatum dicit in resuscitatione lazari: sic in sancta ecclesia mortuos peccatis per solam gratiam suam viuificans ad compunctionem accedit: atq viuificatos per cōfessionē foras venire precipit: at qz deinde cōfitentes per ministerium sacerdotum ab exteriori vinculo/ hoc est a debito damnatiōis absolvit. Bene autem vinculum damnationis vinculum exterius dicitur: quia pertinet ad tenebras exteriores: quas euadere dignus nō est quisquis prius in hac vita a tenebris interioris solui non meretur. Objcit sibi: sed male inquiūt de sacerdote deum facitis: qui ei potestatem dimittendi peccata: quod deo soli competit: tribuistis. Respōdet: non ego sacerdotes deos facio: sed sermo diuin qui mentiri non potest: dijs inquit non detrahes: et principi populi tui non maledices. Isti vero contra legis preceptum detrahunt dijs: quia potestatem diuinitus collatam auferre volunt: addens q domin diuinam potestatem sacerdotibus tribuit qui de hominibus deos facit. Sed tamen sicut ex semetipso deus est: ita etiam per semetipsum quando vult sine hominis cooperatiōe peccata dimittere potest: sacerdotes vero nisi deo operante ⁊ cooperāte peccata dimittere non possunt. quomodo ergo solus deus bonus est: nec tamen inde sequitur bonos non esse etiz eos qui dño seruiūt: ⁊ quomodo solus deus mirabilia facit ⁊ tñ de iusto hoie dicitur: fecit enim mirabilia in vita sua. Ita etiam solus deus petā dimittit: tunc quoq quādo sacerdotes ab ipso ⁊ per eū dimittūt ipse eis hoc in hoie facit quod hō per eum facit: ⁊ certe homo facit/ qz per eum deus facit. Et pbat sacerdotem petā dimittere: qz Petro principi apostolorū dixit dñs: tibi dabo ⁊c. quodcunq ligaueris ⁊c. ligatum erit ⁊c. non dixit quodcūq solueris: hoc est vt illi aiunt solutum ostenderis: fuit solutum: sed erit solutum: qz sententiam Petri non precedit/ sed subsequitur apertio celi. Qz non solum Petro: sed omnibus apostolis ⁊ eorum successoribus: quia ijs omnibus dixit. Accipite spiritum sanctum: quoz remiseritis ⁊c. vbi non dicit si ostēderitis fuit: sed si feceritis erit. Et premisit: accipite spiritum sanctum/ ne existimetur ex humana virtute procedere. Nec suffragatur eorum opinioni quod de mundatiōe leprosi inducunt: qz si ideo peccator ante cōfessionem absolui credendus est: qz leprosus mundatus est ante demōstrationem: eadem ratione peccator post compunctionem ad sacerdotem ire non debet: peccatum suum plangere: sed iustitiam demonstrare: quia et ille ad sacerdotem missus est non vt sanitatem reciperet: sed vt sanitatem demōstraret: quod omnino christiana fides abhorret. Non obstat verbum domini. Quacūq hora peccator ingemuerit salu erit. quacunq hora scilz etiam in extremis: etiam in articulo necessitatis: si peccator igemuerit hoc est ex tota cordis contritione conuersus fuerit/ saluus erit. Si cōtendas dictum esse non de saluatiōe in futuro: sed de illa que in presenti absolutione est peccatorū donatur. Non necesse est tamen nos dicere q peccator absolui debito suo absoluatur statim ex quo gemere cepit: donec totum consecutus fuerit remedium: quod deus ad obtinēdam veniam instituit. Hoc est autem remedium vt corde poeniteat et ore confiteatur delictum: quod cum fecerit iam amplius debitor damnationis non erit: etiam si satisfactio restat quam pro peccato persoluet. Qz si forte peccator pe poeniteat: sed intercurrē te articulo necessitatis ad confessionē venire non possit: confidenter pronuncio: quia in eo summus sacerdos complet: qđ mortalis non potuit et apud deum iam factū constat: quod homo quidem vere voluit: sed non valuit adimplere: qz cōfessionem non contemptus exclusit: sed impediuit necessitas. Proinde si quod dictum est: quacunq hora ⁊c. de presenti salute accipitur: sic intelligēdum est/ acsi diceretur tunc peccatoris salus incipit/ quando veraciter pro delictis suis ingemiscit: que tamen salus tunc plene perficitur qñ illud vnde ingemuerit etiā ore confiteatur. Ad illud/ quia adhuc te loquente dicam ecce assum: quia misericors sum dominus deus tuus ⁊c. Esaie. lviij. sic cōsequenter potest accipi: qz deus prius adest per gratiam vt cor ad penitentiam compungat/ deinde adest vt peccator indulgentiam confitenti tribuat. Postremo quod de psalmista opponunt. Dixi confitebor ⁊c. Respōdet Gregorium tñ de culpa cogitationis exponere: qz vsq ad opus non venerat culpa/ sivsq ad cruciatum nō venerit penitentia. Qz si quis de quocūq vel quolibet delicto hoc velit accipere/ sciat aliud esse peccatū/ aliud impietatem peccati. Impietas nāq peccati ipsa rectissime obduratio cordis accipitur que primum in compunctione soluitur/ vt postmodum in cōfessione peccatum ipsum. i. debitum damnationis absoluatur. Sed siue hoc/ siue quocunq alio modo predicte authoritates exponantur: nos verissime confitemur sacerdotes dei in ecclesia potestatem habere ligandi et soluendi/ nō perfunctorie ⁊ inusitato quodam genere locutionis signatam sed veraciter a deo cōcessam/ quibus dictum est. Quorum remiseritis ⁊c.

Si forte opponas: sacerdotes multos ligant in ecclesia qui apud deū non ligātur. Item multos soluunt qui apud deum ligati permanent. ⁊ sic verum non erit/ quoz remiseritis ⁊c. Respōdet q simili locutione scriptura sacra virtutē magis qđ euentum vult significare: qz non quid euenire debeat sed quid euenire possit ostendit. Cuiusmodi est qui crediderit ⁊ baptizat fuerit ⁊c. ⁊ tamen scimus q multi credentes baptismum accipiunt/ qui postea culpis suis exigētibus reprobati ad salutem eternam nō pringunt. Item qui manducat meā carnem ⁊ bibit meū sanguinem hz vitam eternā ⁊ in iudicium non venit/ sed transit a morte in vitam. Et tamen Paulus dicit/ qui manducat indigne ⁊c.

Ex his patet sententiam Hugonis esse q per cōtritionem obduratio seu excecatio mentis collata gratia tollitur: sed reatus eterne dānatiōis sine cōfessione nō deletur. Et ne absurdum pentrus videatur et contra rationem vt quis simul per gratiā seu charitatem deo sit reconciliatus ⁊ nihilominus ire filius seu eterne dānationis reus: cū dicit Augu. Sola charitas vestis nuptialis est q̄ diuidit inter filios regni ⁊ perditionis. aduertendum est: si princeps bonis omnib spoliato ob crimen lese maiestatis cōcesserit vt in certum diem delictū agnoscens ⁊ coram astātibus veniam petens statū pristinū ⁊ omnia pridē sua recuperet: ille extunc est gratus principi. sed ante delicti p̄fessionem ⁊ priusq veniam postulet restitutus non est. sic in ꝓposito. Hugo voluit: vt filius ire non sit aut perditionis: que iā gratiam assecutus est sola confessione: et vbi necessitas excluserit: confessionis desyderio restitui poterit. Et sic dignus est vita eterna: quam tamen ex obstaculo debiti non poterit sine confessione effectualiter consequi: quemadmodum et sancti patres deo vtiq gratissimi nec aliquid habentes quod fuerit in ipsis purgandum celestia regna ante pretij exsolutionem per Christi mortem ingredi non poterant. Alias solutiones auctoritatum quas contra se induxit Hugo ⁊ cetera in sentētiam Hugonis videre poteris in Gratiano. de penitē. distin. j. cap mensuram in §. his auctoritatibus.

Tertia opinio est: que a doctoribus hoc tempore cōmuniter tenetur: q claues ministerialiter remittunt ⁊ culpam mortalē ⁊ penā eternę damnatiōis. Ad quam etiam glosa finaliter declinat. Matth xvj. alijs repugnis. Nota: iquit Christū per se intus viuificare ministris potestatem soluendi post vitam redditā tribuere. non enim aliquem soluere possunt nisi viuat quē soluunt. Sed ad quid soluēdi potestatē accipiunt cū a deo liberatus sit ⁊ viuificatus quem soluunt: queritur. Dicunt q̄dam ministros soluere i. solutos demonstrare et recōciliatos ecclesie quos prius de crimine manifestos vel conuictos ab introitu ecclesie priuauerāt. Alij a quadam impotētia bñ operandi que post remissionē ⁊ satisfactionem adhuc remanet ⁊ est fex ⁊ reliquie precedentium peccatoz non tamē peccatū: etiam videtur esse cicatrices de quibus ꝓpheta. Putruerunt ⁊ corrupte sūt cicatrices mee ⁊c. Psal. xxxvij. Ab his purgatur homo cum recōciliatur ecclesie per indiciū sacerdotis: vt enim in homine post febris purgationez debilitas quedam remanet que febris non est: a qua cito nō purgatur: sic in hoie post criminalē remissionem pro qua iudicium ecclesie subijt ipsius peccati debilitas remanet. Hoz sentētijs repulsis: alij subdit/ veritati ⁊ euāgelio adherētes ministros ecclesie a peccato soluere dicunt dicit eis veritas. Accipite spiritū sanctum quoz remiseritis petā ⁊c. de hoc iterum Augustinus cōtra quinq hereses. Nec eos audiamus qui negāt catholicam ecclesiam omnia peccata posse dimittere illi cui in Petro petram nō intelligunt: ⁊ nō intelligētes ecclesie datas esse claues regni celorū: eas de ꝓpria manu amiserunt. Soluit obiectū. Dis opponit: q solus deus Lazaz suscitauit: apostolis soluēdum tradidit. Item q solus dei dimittere peccatū est. Ad hoc dicunt. q deus prius Lazaz suscitauit: hoc est q ipse a se nō ab alio peccatum dimittit q discipuli resuscitatū soluunt/ hoc est q non a se sed a deo habent q peccata dimittūt. Sic dicitur solus deus peccatum dimittere: quia quod per ipsum facim ipse facit. Ecce dicit glosa eos veritati consentire ⁊ euangelio: qui dicūt ministros ecclesie veraciter non declarando solū/ soluere a peccato: ⁊ a minori sequitur: q a reatu mortis eterne.

